a Meditabor. in gemitibus multis b Ut colūba. q̄ hz gemitū p cātu. c Attenuati sunt oculi mei ꝛc. qz ex diutina attentōe oculoꝝ ad aliq̄d debilitat virtus visiua. d Dñe vim patior. rōne infirmitatis ad mortē me ducentis. e Rūde. p me. sic ē in hebreo ꝛ libris correctis: q̄si diceret: nō possū mortē euadere nisi negociū meū accipias sup te. f Quid dicā. creatori meo. g Aut q̄d rūdebit mihi. sicut figulus luto. q. d. nō habeo de factis suis ꝓtendere. h Cū ipe fecerit. me creando. vl' alr Cū ipe fecerit hāc infirmitatē suo iusto iudicio mihi inferendo p delicta mea: ꝛ iō nō habeo nisi illa referre būiliter coram ipo: iō subdit. Recogitabo ꝛc. i Dñe si sic viuit ꝛc. vt. s. ꝓstituat⁹ sim in tali angustia. k Corripies me. i. corripias ita q̄ hāc infirmitas nō sit mihi ad mortem: ⁊ ad correctōez. l Et viuificabis me. i. viuifices hebrei ēm non habēt futurū tps optatiui: ⁊ loco ei⁹ vtūtur futuro indicatiui. m Ecce in pace. i. tpe pacis mihi annūciate p Esaiam sup deiectione sennacherib de propinquo futura. n Amaritudo mea amarissima. id ē amaritudo mortis mihi imminētis: nisi tu iuues me: valde augmētabit: eo q̄ p mortez priuabor ab affectōne ꝛ bñficio dicte pacis. o Tu aūt. Hic ponit ezechias recolit bñficiū a deo sibi ꝓstitū de ꝓlongatōe sue vite dicēs o Tu aūt eruisti aiam meā. i. vitā meā. p Ut nō periret. p mortē. q Proiecisti ꝛc. q̄si nolēs ea videre ampl⁹ ad puniendū: ꝛ sic viuificasti me nō solū corpaliter: ⁊ etiam spualiter. r Quia nō infern⁹ ꝛc. p⁹ mortē ēm non hz locū confessio petōz. s Non expectabūt: q̄ descendūt i lacū. i. in infernū dānatoz. t Veritatis tuā. i. effectuz tue veritatis: q̄ promisisti salutē būani generis p xpm: qz non eduxit illos q̄ ibi detinebant. v Viuens viuens ipse

confitebit tibi.ad ꝓfessionez eiꝰ peccati reꝗrit vita pñs qz nō bz locū pꝰ morte: vt dictū ē. Ad ꝓfessionē laudis requirit vita gre.qz nō est speciosa laus i ore peccatoris: ecclesi.xv.ca.io duplicat ly viuēs. r Sicut ego z hodie ꝓfitebor vtroq; mō. Fecit eiꝰ hanc oꝛionem post ꝙualescentiā de infirmitate: vt ꝓdictū est.

y Dz.s.quicunq; de ꝓlo isrl.

z Filijs.s.suis.

a Notā facie veritatē tuaz.q̄ sanasti me sic dixisti per esaiam: z hoc narrabūt patres filijs suis ad gliaz tuaz. z quia ezechias sp indigebat diuino auxilio etiā post sanationē: ideo ꝓcludit in fine.

b Dñe saluū me fac.qz ex te pendet salus corꝓis mei z aie. c Et psal. nr̄os cantabimus ego et ministri tui.

d Cūctis diebus i. in aliqua ꝑte dierū singuloꝝ.

e In do. dñi. vbi est locus deputatꝰ oꝛioni z sic oꝛo ceteris paribus est magis exaudibilis ibi q̄ alibi.

f Et iussit. Hic ponit executio sanationis ezechie: que tñ ordine tpis p̄cessit oꝛionem p̄dictam vtz ex precedētibus z etiā ex sequētibus. dicit igit. f Et iussit esaias ꝛc. Dicūt alij z satis apparēter q̄ emplastrū de ficis de natura sua erat aggrauatiuū illiꝰ infirmitat: et iō iussit ꝓpheta apponi vt sanatio mirabilioꝝ appareret. g Et dixit ezechias ꝛc. istud refert ad illud qđ ponit supra. Bñ aūt tibi erit signū vbi ꝓpheta rñdet ad qōnez ezechie hic motā. scriptura ei sacra nō obseruat ordinē tpis ꝙ freqnt puꝰ dicta vel facta posteriꝰ scribunt: z ecōuerso.

In ca. xxxviij. vbi dz in postilla. hic ꝓsequenter datur signum mirabile. Additio.

Licet cōis expositō doctoꝝ sctoꝝ circa hoc signuz factū ezechie sit ꝓformis huic qđ exponit i postilla. multa tñ occurrūt in hoc maxima admiratōne digna ꝑut in additōne sup. iij. Reg. xx. ca. vbi de hoc eodem signo silr tractat. fuit large dictuz. vñ ad p̄dictas admiratones tollēdas z ad veritatē lre ꝑut plane sonat ꝓsequendā salua semp sanctoꝝ aucte z absq; aliqua temeraria assertōne. Hoc signū aliter dz exponendū ꝑut ibidem plane fuit declaratum.

In eo. ca. vbi dz in postil. Et dicit ezechias. Additō

Licet frequēter in sacra scriptura non seruet ordo tpis vt dicit in postilla. tñ q̄ qō iam determinata z satisfacta statim sine medio itereꝰ nō recolo me vidisse. Unde de hoc qđ dicit hic. Dixit ezechias. alit videtur posse exponi. Ad qđ sciendū q̄ vbi nos habem ꝙ interrogatiuū. s. qđ erit signū: in hebreo habet hec dictio ma que vno modo significat hoc idē q̄ in trāslatōne nostra. s. interrogatōez de signo habēdo. Alio modo hec dictō ma accipit compatiue seu admiratiue sicut ibi. Dz dilecta tabernacula tua. vbi loco q̄. ponit hec dictio ma: et est sensus: sunt valde dilecta: et similis dictio. s. ma et sub eodez sensu ponitur ibi: q̄ dulcia faucibus meis z ibi. Dz bonum z q̄ iocundum: z in multis alijs. Unde in hoc loco hec dictio ma non videt transferenda ꝙ primo sensu. s. interrogatiue: ꝙ sub secdo. sic. s. Dixit ezechias qđ signum q̄ ascendam in domū domini. i. q̄ mirabile seu notabile signū est quod datur mihi ad hoc q̄ ascendā in domū domini: z sic verba ezechie in hoc loco posita nō signāt qōnez seu petitōnez signi: cū iam illud habuerat ꝙ potius significāt acceptōez signi iā dati: seu admiratōez de tanto signo: z sic enarrationes in proprio loco ponūtur.

Capitu. xxxix

In tpe illo. Postq̄ descripta est ezechie mirabilis sanatio: ꝙ ꝓr describit ex ꝙ suggerē elatio z diuidit in duas ꝑtes. qz primo dmōi elatio describitur z secdo reprimitur ibi. Introiuit aūt. Circa primū

7 Pater filijs notā faciet veritatē tuā. b Dñe saluū me fac et psalmos nr̄os cātabim cunctis diebꝰ vite nostre in domo dñi. f Et iussit esaias vt tollerent massam de ficis z cataplasmarēt sup vulnꝰ z sanareꝰ. g Et dixit ezechias. Qđ erit signū qz ascendam in domū domini.

In tpe illo misit Merodach baladā filius baladam rex babylonis libros et munera ad Ezechiam. Audierat em̄ q̄ egrotasset z conualuisset. b Letatꝰ est aut̄ super eis ezechias: c z ostendit eis cellā aromatū z argēti z auri. z odoramētoꝝ z vnguenti optimi: z omnes apothecas suppellectilis sue: z vniuersa q̄ inuēta sūt i thesauris eius. Nō fuit ꝙbum qđ non oñderet eis ezechias in domo sua: et in omni potestate sua. d Introiuit autem esaias ꝓpheta ad ezechiam regez: z dixit ei. Quid dixerūt viri isti: z vnde venerūt ad te. Et dixit Ezechias. c De terra longinqua venerūt ad me de babylone. Et dixit. Quid viderūt in domo tua. Et dixit ezechias: oia q̄ in domo mea sūt viderūt. Nō fuit res quā nō oñderim eis in thesauris meis. Et dixit esaias ad ezechiam. Audi verbū dñi exercituū. f Ecce dies venient: et auferent oia que in domo tua sunt: z que thesaurizauerunt ꝑres tui vsq; ad diez hanc: in babylonem transferendum q̄ babylonij circa cursum syderum erat intenti. vnde z astronomia ibidez primo fuit inuenta. s. in chaldea cuius metropolis est babylon: z ideo quādo ꝑceperūt retrocessionē solis p̄dictam ꝓtra cursuz nature fuerūt soliciti querere qualiter hoc acciderat: z cum audissent hoc accidisse in sanatōne ezechie: de cōsilio sapientuz rex babylonis misit libros. i. literas ad ezechiam ad sciendum de retrocessione solis mirabili ꝙm q̄ dicitur. ij. parali. xxxij. vbi dicitur q̄ nuncij regis babylonis missi fuerunt ad ezechiam vt interrogarēt ipm̄ de portento quod acciderat super terram: z misit munera in signū reuerentie. b Letatus est autem ꝛc. Letitia inepta procedente ex elatione: ex hoc q̄ talꝰ rex z tantꝰ z de tam longinquis ꝑtibus misisset sibi nūcios solennes et munera. vñ subditur. c Et oñdit eis ꝛc. dicit Ra. sa. q̄ non solū ostendit eis diuitias regni sui ad suam iactantiam: sed etiam ea que secretissime z reuerēdissime seruabant in tēplo. s. sacrā xuctoꝝ regum et pontificum tabulas testimoniū: z leges: que nō erant gentilibus oñdenda: z hoc notat cū subdit. Non fuit verbum ꝛc. Et subdit. In omni ꝑtate sua. d Introiuit. Hic consequēter reprimitur dicta elatio p reprehensionem ꝓphete cum dicit. Quid dixerūt viri isti ꝛc nō quesiuit ex ignorantia. qz totū erat sibi a deo reuelatum: ꝙ vt ex responsione ezechie ꝓuenientius argueret eum. e De terra longinqua ꝛc. quasi diceret: hoc mihi fuit ad magnam gloriā: z ideo ostē dit eis totius regni magnificentiam.

f Ecce venient ꝛc. Istud fuit completum quādo nabucho. rex babylonis tpe sedechie in babylonē transtulit de hierusalem quicquid erat ibi pretiosum: vt habetur quarto Regum vltimo. g Et de filijs tuis ꝛc. hoc fuit impletum in daniele et socijs eius. qui fuerunt de semine regis iude: et ducti in babylonē tempe

ioachin ⁊ ibi nutriti ⁊ eruditi: vt posset stare in palatō regis: vt habeť ḋañ. j. b ¶ Et dixit ezechias ⁊c. Penituit eū de sua elatōne. et sic acceptauit dñi sententiam supra se et supra regnū suū: ppter qđ pena ista nō fuit inducta tēpibus suis: sed fuit dilata vsq; ad tēpa ioachin regis et sedechie quod postq̄ sibi dictū fuit p esaiam: respondit.

i ¶ Fiat tm̄ pax ⁊c. recognoscendo in hoc beneficiū diuinuz ꝺōdicte pene dilatione.

lonem. Nō relinquet quicq̄: dicit dñs s ¶ Et de filijs tuis q̄ exibūt de te quos genueris tollēt: ⁊ erūt eunuchi i palatio regis babyloīs. b ¶ Et dixit ezechias ad esaiā. Bonū verbū dmini quod locutus est: et dixit. i ¶ Fiat tm̄ pax ⁊ veritas in diebꝫ meis.

¶ Caplm. xl.

q ¶ Consolamini consolamini populemeus dicit deus vr̄ b ¶ Loquimini c ad cor ierl'm ⁊ aduocate eā: ꝺ quīm completa ē c malicia ei⁹: f dimissa ē iniquitas illi⁹. s ¶ Suscepit de manu dmī duplicia pro oībꝫ peccatis suis.

¶ Caplm. xl.

¶ Consolamini. In p̄cedētibus huius libri esaias cū mysterio xp̄i denunciauit peccatorū punitionez: bic ꝑinter describendo idem mysterium denunciat iustorum consolatōnem. Et diuiditur in duas partes quia primo inducit eos ad expectandū promissa diuina: scđo magis in spāli psequit illa. xlv. ca. Prima adhuc diuidit in tres: p̄m tria ex quib⁹ inducit rōnez hac dicta promissa expectandū quia prima inducit hoc ex diuina potestate: scđo ex eius charitate ca. sequenti. tercio ex eius veritate. xliij. ca. Prima in duas. q primo denunciat p̄solatoris psonam: scđo declarat eius potentiam: ibi. Quis mensus est. Prima adhuc in tres: q primo alloquit xp̄m verbis consolatoris. scđo denunciat psonam precursoris: ibi. Vox clamantis. tercio psonam xp̄i consolatoris: ibi. Super montez. Circa primum dicit. a ¶ Consolamini p̄solamini. replicat hoc verbū: q promittit eis duplicē p̄solatōnem scz in bonis tpalibus et spūalib⁹. b ¶ Loquimini. vos xp̄bete. c ¶ Ad cor ierl'm. i. ad p̄solationem fidelium. d ¶ Quīm completa est. i. terminata. e ¶ Malicia ei⁹ quia peccatum ade p xp̄m fuit amotum. f ¶ Dimissa est iniquitas illius. quia xp̄s contra peccata p̄sonalia attulit remediū. et loquitur hic xp̄beta de futuro p modū preteriti ppter certitudinem ppbetie.

g ¶ Suscepit de manu dmini duplicia ⁊c. i. duplicez consolationem per christum. s. in collatione gratie: et apertione gloie: sicut pro peccatis acceperat duplicē penam. s. corporis ⁊ anime. b ¶ Vox clamātis. Hic introducitur persona precursoris. scz Johannis baptiste: de quo intelligitur ad literam hec scriptura: vt patet Johannis primo: et marci primo: ⁊ mathei. iij. ppter quod aliqui doctores catholici male videntur dicere exponendo hūc passum ad literaz de reditu captiuitatis babylonice: in hoc magis iudaizantes cū alijs ad aliquid cū hebrei: qui hunc passum et totū capitulum exponūt ad lram referendo ad tempꝰ messie: dicētes q superficies terre habitabilis cōplanabit diuinitꝰ p elevatōez vallium et depressionem montium: vt sic amotis omnibus impedimentis iudei per orbem dispersi possint faciliter i iudea congregari: ⁊ sic exponunt qđ dī hic. Omnis vallis implebitur ⁊c. sed deficiunt dupliter: primo quia aduentum xp̄i dicunt futurum qui

tam transijt in preteritum. scđo q literalē sensum hic accipiunt p̄m significata vocum: cum dicitur. Omnis vallis implebitur ⁊c. quod non est verum in locutōne parabolica: sicut Judicum. ix. cum dicit. Jerunt ligna ad arborem rānum ⁊c. sensus literalis ibi non est de arboribus

b ¶ Vox clamantis i deserto k ¶ Parate viā dmini: rectas facite in solitudine m semitas dr̄i nr̄i. n ¶ Omnis vallis exaltabit: o ⁊ ois mons et coll' humiliabit: p ⁊ erunt prava q in directa: r et aspa s in vias planas. t ¶ Et revelabit gl'ia dñi: v ⁊ videbit ois caro pariter q os dmini locutum ē. y ¶ Vox dicentis. a ¶ Clama. ¶ Et dixi. Quid clamabo: b ¶ Ois caro fenū c ⁊ omnis gl'ia eius quasi flos agri. Exiccatū est fenū et cecidit flos quia spiritus dmini suf flauit in eo. c ¶ Vere fenū est ppl's. Exiccatū est fenum et

materialib⁹ q voces significatis: qa sic scriptura esset falsa: sed est de abimelech et viris sichez qui ibi per arbores metaphorice signantur. Or antez fit hic metaphorica locutio! patz nō solum per dicta doctorū catholicoruz s etiā p dicta Ra. moysi dicentis: nō ascēdat sup cor q in diebꝰ messie deficiat aliquid de via huius seculi: vl' innouet aliquid de opibus sex dieruz s ibit mundꝰ iuxta solitam viam: et p dñs non est intelligendū q in aduentu messie sit talis cōplanatio montiuz ⁊ valliū nisi intelligat de aduētu xp̄i ad iudiciū: q tunc innouabitur mūdi status sed iudei hoc modo non intelligunt: sed de aduentu eius in mundū: vt satis patet ex predictis. Igitur sequendo sententiam euangelistarū passus iste exponendus est ad lram de Johanne baptista ⁊ eius p̄dicatione: cum dicitur. b ¶ Vox clamantis. i. Johannis predicantis. i ¶ In deserto. i. in iudea que dicit desertum ratione dicta superius in principio. xxxv. capitli, et quia ad literam Johannes incepit predicare in deserto iudee: vt habetur mathei. iij. vbi dī. In dieb⁹ illis venit Johannes baptista p̄dicans ⁊c. k ¶ Parate viam dñi. Predicatio ei⁹ ⁊ suus baptismus erat quedā dispositiones xp̄i ad suscipiendū de xp̄o quo fidē xp̄i venturi: vt patet ex decursu euangelij: ⁊ dicit. l ¶ Alia dñi. q̄tū ad mandata decalogi. m ¶ Semitas dei nostri. q̄tum ad consilia euangelica. n ¶ Ois vallis. i. humilis.

o ¶ Ois mōs ⁊ col. i. superb⁹ ⁊c. q: sicut dictū fuit in principio huius libri per aduentum xp̄i superbi reiecti sūt: ⁊ humiles exaltati. p ¶ Et erūt prava. i. boies depravati ex cōsuetudine peccandi. q ¶ In directa. i. ad rectitudinem iusticie reducti. r ¶ Et aspa. i. crudeles ⁊ duri. s ¶ In vias planas. i. ad mansuetudinē reducti: sicut ptz de paulo qui factus fuit agnus de lupo. Pōt etiaz hoc aliter exponi de opibus penitentie. que videntur dura et aspa: s p gram xp̄i facta sunt credentibus levia. vñ dicit Augus. Odia seua ⁊ inania levia ⁊ ppe nulla facit amor. t ¶ Et revelabit gl'ia dñi. i. filius dei. qui dr̄ gl'a p̄ris: eo q gloria s tullium est clara noticia cū laude. vñ gl'ia dr̄ quasi q̄dam claria c. mutata in. g. illa aūt que ad noticiā ptinēt diuinis filio appropriant: ⁊ iō sicut dr̄ sapia p̄ris. ita eius gl'ia. v ¶ Et videbit ois caro. i. poterit vidē. x ¶ Vox os dñi locutū est. cuius verbū deficere nō potest ab impletione. y ¶ Vox dicentis. s. dñi loquētis ad esaiam vel ad Johannem baptistaz. a ¶ Clama. i. publice denūcia, b ¶ Ois caro fenū. i. nullā firmitatē seu stabilitatem ex se bōs: ⁊ accipit hic caro p omni boie carnaliter viuente: s̄m q dī prima Cozin. xv. Caro ⁊ sanguis: regnū dei nō possi debūt. c ¶ Et ois gl'a ⁊c. q̄m repete deficit ex modico calore febrili ex volūtate dei: iō subdit. d ¶ Quia spūs dmini ⁊c. e ¶ Vere fenū ē p̄ple. p hoc ondit manifeste q

ꝓphēta loquit metaphorice vt ꝓdixi. f Verbū autē dñi ꝛc.qđ pōt intelligi de verbo increato: ꝑm q dr Joh. j. In principio erat verbū ꝛc.et de vbo creato p ꝓphās dicto: qđ infallibiliť implet in ꝓphetia p̄destinatiōis vt dictū est ē.freq̄nter. g Sup montē. Hic ꝓnter introducitur ꝑsona ꝓsolatoris.s.dñi nr̄i ihu xp̄i: et est verbū dñi ad esaiaz vel potiꝰ ad iohannē baptistam cum dr.

g Sup montem excel. ascē.i. ad preeminētiā sanctitatis vite. tu.s. iohannes de quo dicit saluator Matthei. xj. Inter natos mulierū nō surrexit maior iohe baptista.

h Qui euangelizas syon.i. ꝓlo iudaico: et dixit euangelizas. qz p̄dicatō iohis ad euangelium ptinet.

i Eralta noli timere. Johānes erat ioze herodis aut pharisēoꝝ et sacerdotū non vestitit a constanti veritatis denunciatōne.

k Ecce deus nr̄. i. deꝰ humanatus. sic em denunciauit iohānes Joh. j. d. Ecce agnꝰ dei q̄ tollit pcta mūdi. noie agni exprimēs humanitatē: et p ablationē peccati eiꝰ diuinitatem.

cecidit flos. f Verbū autez dñi manet ineternū. g Sup montez excelsum ascēde: tu h qui euangelizas syon: exalta in fortitudine vocē tuam q̄ euāgelizas hierusalē. i Exalta noli timere. Hic ciuitatibꝰ iude. k Ecce deꝰ vr̄. l Ecce dñs deus in fortitudine veniet: m et brachiū eiꝰ dñabitur. n Ecce merces eiꝰ cū eo: o et opus illius coraz illo. p Sicut pastor gregem suū pascet: q in brachio suo congregabit agnos: et in sinu suo leuabit: fetas ipe portabit. r Quis mensus ē pugillo aquas: s et celos palmo ponderauit. t Quis appendit tribꝰ digitis molez terre: et libravit in pōdere mōtes et colles i statera v Quis audiuit spm̄ dñi: x aut quis cōsiliarius eius fuit et ostendit illi. Cuz quo iniit consilium et instruxit eū: et docuit eū semitam iusticie: et eruditit eū scīa: et viam prudētie oñdit illi. y Ecce gentes quasi stilla situle: et q̄si momentū statere reputate sūt a Ecce insule q̄si pulvis exiguus: b et libanꝰ nō sufficiet ad succendēdū: et animalia eiꝰ nō sufficiēt ad holocaustū. c Oēs gētes q̄si nō sint: sic sūt coraz eo: et q̄si nihilū et inane reputate sunt ei. d Cui ergo similem fecistis deum: e aut quam imaginē ponetis ei. Numq̄d sculptile cōflabit faber aut aurifex auro figurabit illud: et laminis argenteis argentarius. Forte lignū et ꝑputribile elegit artifex sapiēs: q̄rit quō statuat simulachꝝ qđ non moueať g Numq̄d nō sciet. h Numq̄d nō audistis. Numq̄d nō annūciatū est vobis ab initō. i Numq̄d nō intellexistis fundamēta terre. k Qui sedet sup gyrum terre: l et habitatores eius sunt quasi locuste. m Qui extēdit velut nihilū celos: n et expandit eos sicut cult? soli ꝺeo debitus creature impenditur. Et sic ei fm reputationem idolatre adequatur: ꝓpter qđ dicit. o Cui ergo ꝛc. hoc dicitur ꝓtra idolatras credentes aliquid diuinitatis esse in imaginibus factis. e Aut quaz imaginem ꝛc. et hoc dr contra idolatras: qui imaginibus nō attribuebāt aliquid numinis. g quibusdā dīs inuisibilibus in imaginibus repntatis ponebāt tamē pluralitatē deoꝝ. f Numq̄d sculp. ꝛc. oia ista inducunť hic ad ostendendū q̄ idola nullā stabilitatē bnt a se: g meq̄ ab artifice. Et cū oēs gētes q̄si nihil reputate sť respectu dei: vt p̄dcm ē: er h ꝛcludit q̄ idola adhuc minꝰ sť reputanda: ō subdit. g Nunquid nō scietis. illud qđ dictuz ē de idolis qđ sensibiliť potestis experiri. b Nunquid nō audistis. q.d. sic. qz in libris gētiliū et chronicis sp̄ fuit facta mētio de ortu idolatrie ꝓ opꝰ boim vt magis videbiť. ca. sequenti.

i Numq̄d nō intel. ꝛc. q.d. intelligere debuistis q̄ a solo deo bēat stabilitatē: cū nihil sit sub ea sustentans eam. k Qui sedet ꝛc. tanq̄ princeps terrenus.

l Et habita. ei? .i. hoies ei subditi sunt quasi locuste respectu dei. m Qui extendit ꝛc. cū sint nature vel materie subtilis: q̄ dr quasi nihil: eo q̄ nō est palpabil: eo mō loquēdi q̄ aer nihil vocať ꝓpter suā stabilitatez Vñ dr cōiter nihil in boto eē: cum sit plenus aere. In bebreo habetur. Qui extendit velut telam celos. et sic plana est litera et sequentibus ꝓsona: cum subdit.

n Et expandit eos sicut ꝛc. Loquitur hic de celo fm

l Ecce dñs deus ꝛc. In aduētu em̄ suo xp̄c egit miracula stupenda: q̄ fieri nō poterāt nisi vtute infinita. m Et brachiū eius dominabiť. ꝓ brachia ei ei? in cruce extēsa ꝓuenit ad gloriā sue resurrectōis: et sic ad dominiū pleue ptātis ꝓpť qđ tūc dixit Matthei. vlti. Data est mihi oīs ptās in celo et terra.

n Ecce merces eius cū eo. qz vtute diuinitatis de se poterat dare gr̄am in p̄nti: et gl̄iaz in futuro. o Et opus illi? coram illo. i. in eius voluntate et potestate. p Sicut pastor ꝛc. Vñ dicit de seipo Johā. x. Ego sum pastor bonus. q In brachio suo ꝛc. ꝓ hoc designať xp̄i pietas ad fideles suos: ꝓpter qđ ibidem dicit. Et aiam meaz pono ꝓ ouibus meis. r Quis mensus est. Hic ꝓnr ponit ptās ꝓsolantis ad ostendendū q̄ de ei? ꝓmissione nullus debeat dubitare: cum sit potēs adimplere: et dividit in duas. qz primo declaratur eius ptās ꝑ idolatras ei creaturā adequātes. Secdo ꝓtra pusillanimes iudeos de ipo minus debito ꝓfidentes: ibi. Leuate. Prima in duas qz primo dicta ptās oñdit. secdo ex hoc idolatria arguit: ibi. Cui ḡ. Circa primū dr. r Quis mēsus est pugillo. i. valde faciliter aquas: q̄uis sint multe et magne.

s Et celos ꝛc. i. sine difficultate aliq̄: sic illud qđ continetur in palma. t Quis appendit ꝛc. i. valde faciliter q̄n em̄ aliq̄s vult leuare aliq̄d pōderosū appoit duas manus: ꝑ q̄n ē sibi valde leue appoit tm̄ duos vl tres digitos p ꝑ aūt oñdit ptās xp̄i q̄ vtute diuinitať oia ista fecit. Vltiť aūt hic scptura verbis ponderis et statere. qz deꝰ oīa di-

apparentiã visus: qꝫ extrema celi in circuitu orizontis nostri videnꝫ sup terrã figi: ꝛ mediũ qđ est sup capita nostra in altũ erigi: ꝛ sic habet apparentiaꝫ tabernaculi extenti. o Qui dat secretoꝝ scrutatores. i. sapiẽtes in speculabilibꝫ. p Judices terre. i. prudẽtes in agibilibus.

Velut inanes fecit. i. nulli⁹ reputatiõis in dei ꝓparatõe: quod ondit ꝙ sise cum subditur.

r Et quidez. i. certe. s Nec plantato ꝛc. i. sicut plantula nõ radicata adhuc nec firma i terra a modico vento eradicat̃ sic etiã oẽs p̃dicti ꝯtumcunq; magni ad nutũ dei eradicantur ꝛ tollunt̃ de vita p̃senti. ꝛ iõ in fine ꝓcludit̃.

t Et cui assimilastis me ꝛc. q̃si diceret tal' assimilatio est valde erronea.

tabernaculũ ad inhabitandum. o Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint: p iudices terre q velut inanes fecit: r ꝛ quidẽ s neq; plãtato neq; sato: neq; radicato in terra trunco eoꝝ. Repente flauit in eos: et aruerunt: ꝛ turbo quasi stipulã auferet eos. t Et cui assimilastis me ꝛ adequastis dicit sanctus. v Leuate in excelsum oculos vꝛos: r ꝛ videte qs creauit hꝛ y Qui educit in numero militiã eoꝝ: z ꝛ oñs ex noie vocat. a Pre multitudine fortitudinis: ꝛ roboris virtutisq; eius: b neq; vnuz reliquũ

fuit. c Quare dicis iacob: ꝛ loqueris isrl: d abscõdita est via mea e a dño: f ꝛ a deo meo iudiciũ trãsibit. g Nũquid nescis: aut nõ audisti. h Deus sempiternus i wmin q qui creauit terminos terre: k et nõ deficiet: l neq; laborabit m nec est inuestigatio sapie eius. n Qui dat lasso virtutem: ꝛ his q̃ nõ sunt fortitudinẽ: et robur multiplicat. o Deficiẽt pueri ꝛ laborabũt p ꝛ iuuenes q i infirmitate cadent. r Qui ãt sperant in dño s mutabũt fortitudinẽ t assumẽt pẽnas sicut aq̃le: current ꝛ nõ laborabũt: ambulabũt

C In ca. xl. vbi dr̃ in postilla. Super montẽ. Hic ꝓnter introducit̃ ꝓsona ꝓsolatoris.

Additio.

Licet exposi tio postillatoris de hoc q dr̃. Sup montẽ excelsuz sit satꝭ cõsona hre et veritati fm translatõez nostrã: fm tñ hebraicaz veritatẽ nõ totaliter ꝓsonat hre. Pro q̃ sciendu: q grãmatica hebraici ꝛmonis a multꝭ deuiat a grãmatica latina: et spãlr in hoc fm grãmaticam hebraicã in nõbis hẽ differentia inẽ sexum masculinũ ꝛ femininũ sicut nos habemus in nominibꝫ ꝛ hoc fm quãlibet differentiã triũ ꝓsonaꝝ. Verbigratia aliter dicit̃ a femina: ego comedo q̃ a masculo: ꝛ sic in secunda ꝛ tercia ꝓsona. Silr in hoc ꝓnoie tu tui ꝛc. differẽtia est inter sexũ masculinũ ꝛ femininũ. loquens eñ cum masculo aliter ꝓnominat tu q̃ si cũ femina loquerẽt. Et hoc ẽ valde manifestũ cuicũq; habẽti aliqualẽ noticiã in illa lingua. vñ in hoc loco vbi dicitur. Super montez excelsum ascende. ly ascende est femini generis: nõ masculini. Similiter ly tu: ꝛ ly euangelizas: ꝛ ly exalta: et sic de ceteris verbis ꝛ ꝓnominibꝫ hic ꝓtentis q̃ oia ptinẽt ad femininũ genus vsq; ibi. Ecce deus vester. ꝛ iõ magꝭ ꝓprie hec verba fm verã lram hebraicã intelligant̃: referenda sunt ad btãm virginẽ: ꝛ ad sanctã elyzabeth: fm ea q̃ tradunt̃ de eis Luce. j. ca. vt sit sensus q esa: in ꝓsona dñi dicit btẽ virgini. Sup montẽ excelsuz ascẽde tu q̃ euãgelizas syon. s. beata virgo: qđ implctum est quãdo cõcepto filio dei in vtero virginali maria exurgẽs ꝓrexit i mõtana: vbi manifeste ꝓz q ascendit in montẽ excelsuz. naz iudea vbi zacharias manebat erat altioꝛ galilea a qua recessit maria. rpc ei de galilea in irlm pgens dicebat. Ecce ascendimus hierosolymã ꝛ quia de galilea in irlm beata ỽgo nõ ꝑ planã viã sꝫ ꝑ mõtana iuit: iõ ꝓprie ei dr̃. Sup montẽ excelsum ascẽde: et qz in salutatiõe ad Elyzabeth nõ solũ mater: sed etiã infans in vtero eius rpm instinctu spũssancti cognouit: qz vt dicit̃ Luce. j. Factũ est vt audiuit salutatõez Marie elyzabeth: exultauit infans cum gaudio. in quo designatur gaudiũ de p̃ntia domini: ideo de btã virgine in ipsa sancta salutatione ꝓprie intelligit̃. Qui euangelizas syon. s. q̃ nũcias bona sanctis animabus. s. elyzabeth et iohanni. Consequenter ꝓphbeta in ꝓsona dñi alloquitur ipsam elyzabeth. d. Exalta vocẽ tuam qui euangelizas hierusalem: quod impletuz est qñ elyzabeth exclamauit voce magna euãgelizãdo ipis hierusalem videlicet beati virgini dicendo. Btã q̃ credidisti quoniam perficientur in te ea que dicta sunt tibi a dño. Consequenter ꝓphbeta in ꝓsona domini alloquitur virginez dicens. Exalta noli timere. in quo innuit cãticum eius altioꝛi voce formandum q̃ cum primo: soluz

v Leuate. Hic consequenter ondit dei potestas cõtra iudeos de deo minus debite confidentes: ꝛ primo ad ꝓsideratõez diuine maiestatis inducunt̃ cũ dr̃.

v Leuate in excelsum oculos vꝛos. i. ad corpa celestia. r Et videte qs creauit hec. i. ex hoc ꝓsiderate magnitudinẽ creatoris fm q dr̃ Sap. xiij. A magnitudine eñ speciei ꝛ creature poterat cognoscibiliter creatoꝛ cogꝝ videri. y Qui educit ꝛc. i. multitudinem stellaꝝ ordinate in suo cursu ꝓcedentiũ. z Et oẽs ex noie vocat. q: omnia pfecte cognoscit vsq; ad minima. a Pre multitudine ꝛc. ista tria in deo sẽ vnum tñ in nobis differũt. fortitudo eñ respicit magnitudinẽ ꝛ corrñdentiam membroꝝ. robur fortitudinẽ ossiũ ꝛ neruoꝝ. virtus magnitudinẽ effectuũ. b Neq; vnum reliquũ fuit. i. nulla res ꝯtumcunq; modica erit potentiã ꝛ scientiã diuinã: ideo ꝓcludit̃. c Quare dicis iacob. i. populeiudaice descendens a iacob.

d Abscõdita ẽ via mea. i. opa mea. e A dño. i. ñ reddet ꝓ eis mercedem. f Et a deo meo iudicium ꝛc. i. non faciet vindictaz de iniurijs mihi illatis. Et b vi q in plo illo erant aliqui q̃ crediderant in illuz erorem: q dei ꝓuidentia ad actꝰ humanos nõ se extenderet. vel dicendũ q ꝓpheta vtit̃ cõi modo loq̃ndi. q̃ homines in afflictõne longa positi dicuntur iõ derelicti ꝛ traditi obliuioni. g Nunquid nescis aut non audisti. ꝛ qđ sit illud subditur. h Deus sempiternꝰ. i. sua bitate. i Dñs q̃ ꝛc. ꝛ sic dr̃ ex tpe q̃ habuit creaturã sbiectã. q. d. ista debuisti scire: qz moyses tibi annunciauit in principio Gen̄. k Nõ deficiet. in ope gubernatõnis. l Neq; laborauit. qz lassitudinem opando nõ incurrit. m Nec est inuestigatio sapie eius. s. ad pfectũ: qz excedit inuestigatõez hũanã in infinitum: Ro. xj. O altitudo diuitiaꝝ sapie ꝛ scie dei ꝛc n Qui dat lasso virtutẽ ꝛc. ꝓducendo eos de nõ eẽ ad esse. o Deficient pueri. s. morꝺ et sensu.

p Et iuuenes. i. insolentes. q In infirmitate cadent. primo in culpã: ꝛ postea in penã. r Qui ãt sperant in domino. ꝛ non in seipsis ꝑsumptuose.

s Mutabunt fortitudinez. quia qui erant prius de-

salutando euangelizauit quasi dicteret: nō solum loquere voce submissa ꝓut sufficit ad cognate tue salutatōez: sed etiā exalta vocem. s. ꝓout requiritur ad modum cantici per qđ canticum ciuitatibus iude. i. ecclesijs p̄sentibus ⁊ futuris annuncies presentiam filij dei in te incarnati: et hoc ē qđ dicit. Dic ciuitatib⁹ iude. Ecce dē vester: qđ cōtinue implet in ecclesia: cū p canticū p̄dictuz solemniter memorat seu ānūciat aduētus dñi i eadem virgine. interposuit tamē ibi ꝓpheta. Noli timē qz virginalis pudicitia pauida ē et timida: vñ angel⁹ ei dixit. Ne timeas Maria: ⁊ etiaz vt inueret q tāta eāt humilitas virgin is q nō presumebat canticū publice cā tandum formare nisi sp̄ūssancti instinctus eam tangeret seu moueret. De quibusdam autem in cantico virginis contentis quedam innuendo ꝓpheta hic ponit: vt cuz dicit. Ecce dominus in fortitudine veniet ⁊ brachiū eius dominabitur: que quidem verba videntur correspondere huic qđ dicitur in cantico. Fecit potentiaz in brachio suo. vtrobiq; eīm vat intelligi q incarnatio filij dei ptinet ad infinitatem diuine potentie: ⁊ sequitur. Ecce merces eius cum eo. in ꝓphetic⁹ eīm locutionibus promittebatur incarnatio filij dei quasi merces a deo danda in futurum sicut Geñ. xxij. abzabe dictū fuit. Benedicentur in semine tuo omnes gentes. sed in predicto cantico hec merces vt iam data annūciat: vñ dicit. Suscepit isrl̄ puerū suū cui corrūdent verba ꝓphete dicentis. Ecce merces ei⁹ cū eo Et qz vt dicit Greg. In bñdictōne cerei. Nihil nobis nasci ꝓfuit: nisi redimi ꝓfuisset: iō subdit. Et opus illi⁹ cor̄a illo. s. opus redemptōnis: qđ maxime ptinet ad diuinam miseriam que inter diuina opa preeminet: vnde in psal. Miseratōes ei⁹ sup oīa opa eius: et iō in cantico cū dixisset. Suscepit isrl̄ puerū suū: subdit. Recordat⁹ est misericordie suc. sequit. Sicut pastor gregem suum pascet. in quo innuit ꝓpheta q xp̄c se haberet vt pastor ad gregem suū nō vt ad gregē alienū sicut mercenari⁹: cui non est cura de ouibus Jo. ca. x. qđ cor̄ndet hunc qđ dicitur in cantico. Sicut locutus est ⁊c. ad pr̄es enīz semp se habuit deus vt pastor cum ꝓpr̄io grege. Unde in psal. Nos aūt po. eius ⁊c. Cetera exponant vt in postilla. que quidem expositio nō solum videtur ꝓsona litere sed in se rationabilis. Esa. eīm qui euangelicus ꝓpheta dicit vt in ꝓlogo ⁊ in ꝓhemio: sicut de voce baptiste in deserto clamātis hystoriam ꝓphetice texuit vt statim supra sic non immerito de voce virginis salutantis ⁊ cantātis ꝓpheticam hystoriā p̄dicere debuit: premittit tamen hystoriaz de voce baptiste: cuius ordine tempis posterior fuit: eo q illa fuit omnibus notior: a notioribus enim incipit ꝓcessus disciplīne.

In eo. ca. vbi dicit in postilla. De multitudine fortitudinis ⁊ roboris. Additio. ij.

Vbi nos habemus. De multitudine fortitudinis hebraica litera sic habet. De multitudine ⁊ fortitudine roboris et virtutis nec vnus defuit: cuius sensus potest esse talis q militia celestis que in tāta multitudine est considerari debet: q quelibet stella habz fortitudinem. s. potentiam ⁊ virtutē activam ad influēdum in istis inferioribus: vñ Geñ. j. de sole ⁊ luna et stellis dic Posuit ea in firmamento celi ⁊c. ⁊ in psalmo. Solem in potestatem diei ⁊c: ⁊ sic diuinam potentiam et sciētiaz commendat ꝓpheta non solum ex numerosa multitudine celestis militie: sed etiam ex fortitudine et robore: ⁊ virtute influtiua eis a deo collata: a quibus nulla stella quantūcunq; modica deficit quin habeat aliqualez potentiam: ex quibus excitatur magis humana mēs ad considerandum magnitudinē potentie creatoris.

Capitulum. xlj.

Taceant. Postq; ꝓpheta induxit populum israel ad certam expectationem promissor̄ ex diuina veritate: hic consequēter idem facit ex eius charitate que amicos nō defraudat a promissi consecutione. et diuiditur in duas partes quia prio ostenditur dei dilectō ad dictuz populum ex beneficijs que ei in patribus concessit: secundo ex proprio filio quem ei promisit capitulo sequenti. Prima i tres ꝑs tria beneficia: secundum ponitur ibi. Et tu israel. tercium ibi. Prope facite. Circa primum sciendu; q primum beneficium fuit collatum in Abraam: quem deus separauit ab infidelibus: educendo eū primo de bur chaldeorum: Gene. xi. capitulo: et secundo de baram: Geñ. xij. ⁊ p̄ sequens plm ab eo descendentem per Jsaac et iacob ab infidelibus separauit: ꝓpter qđ et legem in monte synai specialiter ei concessit: ꝓpter quod dicitur psalmo. cxlvij. Non fecit taliter oīi nationi: et iudicia sua nō manifestauit eis. Et diuidit in duas. quia primo ponit hmōi sepatio: secundo contra idolatras inuectio: ibi. Unusquisq;. Circa primuz primo ad hui⁹ ꝓsiderationem inducit dicens.

b Taceant ad me insule. i. habitatores insular̄.
c Et gentes. terram aridam habitantes. d Fortitudinem mutent. vt qui erāt fortes ad mala sint fortes ad bona. Accedant ⁊. e Tunc loquantur simł si habent aliquid iustum pro se. secūdo beneficiū recolit dicens. f Quis suscitauit ab oriente iustum. i. abraam: vt exponūt ꝓmuniter catholici ⁊ hebrei. quē dominus vocauit primo a chaldea: vt dictum est ⁊ postea ab hazā. ⁊ vtraq; regio vergit ad orientē respectu iudee quā dominus ei repromisit Geñ. xiij.
g Vocauit eum. p viam fidei et obedientie. Unde ⁊ ex fide ꝑm mandatum dei voluit filiū immolare: Genesis. xxij. ⁊ ad hebreos. xj. ⁊ ideo dñs ei astitit ipm p tegendo: propter quod subdit. h Dabit in ꝓspectu ⁊c. Et loquitur hic ꝓpheta de preterito p modum futuri. sicut frequenter fit in prophetis: ⁊ hoc fuit impletum: quādo abraam cum. ccc. vernaculis suis quatuor reges fortes debellauit: Geñ. xiiij. i Dabit qđ pulueres ⁊c. quia eos facillime debellauit diuina virtute sibi assistente. k Persequetur eos. quia persecutus fuit fugientes vsq; soba ⁊ phenicē Geñ. xiiij.
l Transibit in pace. quia nullus de suis in bello illo cecidit. m Semita pedibus eius non apparebit. quia valde faciliter ad bellum iuit et redijt: sicut de homine faciliter transeunte et leuiter dicitur: q non figit vestigium in terra: vel non tangit terram.
n Quis h̄ operatus est ⁊c. quasi diceret deus ⁊ nō homo: ideo subditur. o Vocans. generatōnes. scilz ad fidem ⁊ amicitiā suaz. p Ab exordio. scilicet temporis quod patet in abel iusto: Seth: Noe: Abraam. Et sic de alijs. q Ego dominus. et ideo possum vocare ad meaz amicitiam quos volo sine iniuria cuiuscūq; q: cum nulli tenear: sed omne id quod sunt tenent a me, ideo subditur. Primus ⁊ nouissimus ego sum ⁊c.

q Unusquisq. Hic consequenter per oppositum ponitur inuectio contra factores et cultores idolorum. Circa quod sciendum q sicut dicit eusebius in chronica sua anno. vij. abrabe Ninus rex assyriorum condidit niniuen: et ipse incepit idolatriam: quia fecit imaginem Belo patri suo defuncto: cui exhibebat tantaz reverentiam q poterat reis fugientib⁹ ad ipam: vt dicit in scholastica hystoria propter quod dicti cofugientes inceperunt adorare illam imaginem: et ad imitationez huius facti alij fecerunt imagies charis suis defunctis.] Et sicut imago facta a nino vocabatur bel⁹: et fuit primu idolum: sic hoc nomen deriuatu e ad alia idola: vt pote Bel: baal: baalim: beelphegor: et Beelzebub: et hmoi pm diuersitates gentium et linguarum et qz hoc fuit multiplicatu tempore abrahe: vt dictum e: io iuxta ipi⁹ fidelitatem arguitur hic idolatria istorum. Et hoc est qd dicit.

Viderunt insule ꝛc. i. habitatores insularum et aliaru terraru viderunt reverentia idolis a potentib⁹ exhibitam: et sic in timore positi pfugerunt ad ipsa venerāda. vt sic eis pceret: ideo subdit. approprinquauerunt et accesserut. s. ad idola. q Unusquisq primo suo ꝛc. quia qu aliquis habebat amicu in periculo positu: consulebat sibi refugere ad idolu. et qz exemplo nini alij potentes fecerut idola p manus tn artificu: ideo subdit.

r Confortauit faber ꝛc. ad cuius intellectu sciendu: q in fabricatone idoli de metallo p malleatonem tres operu sunt necessariu. Prim⁹ est ille q materia in igne calefacta cu martello ducit ad formā ptium idoli. Secundus est q ptes sic formatas cu martello cum lima polit. tercius est qui partes sic preparatas adinuicem psolidat et piungit: et hoc notatur cum dicitur.

r Cofortauit ꝛc. Et costruatur sic litera. Faber erarius. i. metallicus. pcutiens malleo. i. martello. s. materiam ducendo ad idoli formā. Confortauit. i. efficaciter monuit. Eum qui cudebat. i. cum lima poliebat. Cudere em in vna significatione idez est quod polire vt dicit in libro qui vocat catholicon. Tuc tpis. id est tpe abrahe quo fabricatio idoloru cepit multiplicari: vt dictu est. Dicens. iste qui poliebat erat dices supple psolidatori: glutino bonu est. i. bonu est ptes idoli formatas et politas adinuicem cōiungere. Glutino id est forti iunctura: ita q accipitur hic glutinum pro illo metallo quo consolidantur partes adinuicez. Et vocatur gallice zonadeure. vn in hebreo sic habet. Dicens consolidari bonu hoc. s. q fortiter psolides ptes idoli sic pparatas: sic em mutuo se exhortabant artifices pter mairu babendu: et pter gram dnoz.

s Et tu isrl. Hic recolit scom bnficiu exhibitu ipso tpe moysi. s. educto de seruitute egypti. et diuidit in tres ptes qz primo describit hic exit⁹. scdo aduersariorum casus: ibi. Ecce pfundentur. tercio hebreoz pfect⁹: ibi. Egeni. Circa primu dicit in psona dei. s Et tu israel ser. me⁹. q. d. exq eduxi te de seruitute egypti fact⁹ es spalit seru⁹ mihi. t Ja. quem elegi. Esau reprobato pm q dicit malachie. j. Jacob dilexi: esau aut odio habui: et accipitur hic iacob p populo descendente ab eo. v Semen abraaz amici mei. qz amore mei patratus fuit filiu vnigenitu immolare.

r In q appbendite. i. mihi appropriauit ejus meritis.

y Ab extre. terre ꝛc. qz abraā fuit vocat⁹ de chaldea vt dictu est⁹.

z Seruus meus exponat vt supra.

a Ne timeas. minas pharaonis.

b Quia ego te⁹ tuus confortaute. scz p eu. io subdit.

c Ne declines. averbis moysi sui mei.

d Quia ego de⁹ tuus confortaute. scz p eu. io subdit.

e Et suscepit te de extremis terre. i. Moysi ad extrahendum te de seruitute egypti.

f Ecce cōfundentur. Hic psequenter ponit aduersariorum casus cum dicit. Ecce cōfundentur ꝛc. qz pharao cu suo exercitu psequens hebreos submersus fuit in mari rubro: Exodi. xiiij.

g Queres eos. qz sicut dictu fuit exod. xiiij. Mare piecit egyptios mortuos ad litus ad quos transierat filij isrl vt sic essent certi de morte eoruz et vt haberent spolia: io dicit.

g Queres eos. inuestigādo pciosa que erant sup defunctoz corpora.

b Et non inuenies viros rebelles ꝛc. non dicit. Non inuenies eos absolute: s: Non inuenies rebelles tuos. i. te psequentes. qz iam erant mortui: et sic nō poterant amplius eos psequi: et sic patet lra vsq ibi.

i Vermis iacob. i. qui fuisti inter egyptios reputatus vilis sicut vermis.

k Qui mortui estis ex isrl. i. reputati vt mortui in seruitute egypti: qz seruit⁹ est mors ciuilis: et quia non solu egyptij aduersarij erant bellati: vt pz libro Josue: io subdit.

l Ego posui te q plaustru ꝛc. sicut em tale plaustru ductu sup segetes pterit eas sic pplis isrl otriuit chananeos: ideo subdit.

m Triturabis montes. i. maiores. Josue ei debellauit. xxxj. reges Josue. xij.

n Et colles. i. minores principes.

o Et tu exultabis in domino. expulsis chananeis de terra promissionis.

p Egeni. Hic describitur profectus filiorum isrl per desertum: vbi filij isrl pro passi sunt aque defectum: sed dominus suppleuit non solum semel: sed pluries vt pz Exodi. xv. et. xvij. capitulis. et Numeri. xx. Et hoc est quod dicitur. Egeni et pauperes querunt aquas ꝛc. et patet litera vsq ibi.

p Aperiam in solitudi-

tem. in deserto essi illo vigebat ardor solis: sed dñs puidit de umbraculo q columnam nubis: Exo. xiij. 7 sm hoc dicit. p Dabo in solitudine cedrum. i. umbraculum ita bonū vel melius q̄z facerent arbores iste. umbraculuz essi nubis erat excellentius. q̄ datū diuina virtute nō natura: ideo subdit.

q Et intelligant pariter. q̄ manus dñi fecit hoc.

r Prope facite. Hic recolitur tercium beneficiū populo exhibituz i pe zorobabel. s. liberatio de captiuitate babylonica. 7 diuiditur in duas ptes q̄ primo cōtra idola que vigebant in babylone ponitur inuectio: scdo subditur ipsi liberatio sibi. Suscitaui. circa primū dr.

r Prope facite iudic. vim. i. declarate iusticiā vestrā si habetis o babylonij. s Afferte siquid bētis sc̄z iusticie 7 veritatis.

t Accedant 7 nūcient vobis. s. idola vestra de quib⁹ confiditis. v Que cūq̄z ventura sunt q̄d est proprium diuinitatis: ō subdit

x Et sciemus. q̄a dñ estis vos o idola. y Bene quoq̄z aut male ꝛc. q. d. non potestis. quia sensu 7 intellectu caretis: ō ꝯcludit. z Ecce vos estis ex nihilo. vos. s. babylonij. a Et opus vim. i. idola vestra que fecistis. b Ex eo q̄d nō est. i. nullū dñs firmamentū. 7 quertit sermonē ad idola dicens. c Abominatio est. i. supra; modū abominabilis deo: ō dr abominatio in abstracto: sicut excellēs in liberalitate dr liberalitas.

d Qui ele. vos. i. q̄cūq̄z reputauit vos tanq̄z deos suos.

e Suscitaui. Hic ꝓnr ponitur liberatio ipsi de babylone q̄ facta fuit p cyrū: 7 hoc est quod dicit. e Suscitaui. s. cyrū ei voluntatē inspirādo pugnandi ctra babylonē. f Ab aquilone ꝛc. regio essi ꝓsidis est q̄si in medio aq̄lonis 7 orientis: mediū aūt ab vtroq̄z termino nominat: 7 ideo aduent⁹ cyri ctra babylonē dr hic esse ab aq̄lone 7 ab occidente: vel q̄z dari⁹ rex medorum venit cuz cyro ctra babylonem: 7 regnū vnius magis declinat ad orientem: alterius aūt ad aquilonem. g Vocabit nomen meum. i. ꝓfitebit: ꝓfessus cuiz fuit cyrus se obtinuisse monarchiam virtute dei celi: vt ps primo Esdre. }. Hec dicit cyrus rex psarum: oia regna terre dedit mihi dñs de⁹ celi et terre ꝛc. h Et adducet mgr̄atus. i. potentes babylonis. i Quasi lutū. ꝑculcās eos 7 deꝛiciens.

k Quis annūciauit ab exordio ꝛc. i. anteqūz fierēt. q. d. Ē nō fecerūt idola babylonie: q̄z nō ꝑdixerūt casuz illi⁹ terre ideo sbdit. l Nō est annūcians ꝛc. Cōsequēter ostēditur quis annūciauit. m Prim⁹. i. ipse de⁹ qui ē primus 7 nouissimus: vt dictum est supra eodē capō.

n Ad syon dicet. i. ad ꝓsin iude denoiatū a loco ꝓncipalioꝛi in q̄ vigebat cult⁹ dei. o Ecce assum. ad vestram liberatiōez p cyrum seruū meū. p Et ifra euāgelistā dabo. i. ꝓbeta; hoc bonū ꝓnunciantē. 7 ponit hic euangelista in singulari pro plurali: sicut Exo. viij. Venit musca grauissima. i. multitudo muscaꝝ. q̄z deus p plures p

pbetas hāc liberatōez ꝓnunciauit. q Et vidi. scilz reuelatōez ꝺi mihi factam: est verbum esaie cui plures reuelatōnes fuerunt facte. de ista liberatōe: vt patuit ex precedentibus: et magis apparebit ex sequentibus. r Et nō erat ex istis. i. ex babylonie idolis.

s Quisq̄z quis iniret consiliuz. ꝑ liberatōe cultoꝛuꝫ.

t Et interrogat⁹. a suis cultoribus. Rñderet verbū: ō cōcluditur.

v Ecce oēs iniusti. s. babylonij.

x Et vana opera eoruz. i. idola ab eis facta: ideo subdit. Vent⁹ 7 inane simulachra eoꝝ.

Jn ca. xlj. vbi dicit in postilla. Dñ q̄z aut male si potestis facite.

Additō. Bi nos habem⁹.

Bene quoq̄z aut male si potestis facite. Jn hebꝛeo hr Dñ q̄z aut male potestis facē. cui⁹ sensus est q̄ ꝓpba idola alloquebat. Dic nūcietis nob quecūq̄z ventura sē 7 faciem⁹ q̄z dij estis vos: 7 sciemus etiā q̄ bñ 7 male potestis facere: ratio q̄z sicut p annūciatōez futurorum si hoc fecissent idola sciretur q̄ essent dij: cuz scire futura sit ꝓpriū diuinitatis. eadez rōne sciret q̄ possent bñ vel male facere sicut dij: vnde cū dr. Et sciem⁹ q̄ dij estis. ista copulatiua et ꝓiungit similes oꝛones. scilz q̄ dij estis vos. et sciemus q̄ bñ et male potestis facere: sed ꝓbeta ꝯcludit q̄ quodlibet ꝑdictoꝝ ē falsum. d. Ecce vos estis ex nihilo. s. idola. 7 opus vestrū ex eo q̄d non est. quia. s. nec indicatis futura nec potestis bñ facere: et ideo ꝯcludit. Abominatio est qui elegit vos. exponatur vt in postilla.

Jn eodem capitulo vbi dicitur in postilla. Prim⁹. id est ipse deus.

Additio. ij.

Ubi in translatōne nra dicit. Ecce adsum. q̄d ē verbū prime psone singularis numeri: a hebꝛeo habetur. Ecce adsunt: quod est tercie persone pluralis numeri: et est sensus ꝑm glo. q̄ primus. s. de⁹ ad syon. s. ecclesiam dicet. Ecce adsunt. s. filij tui quos per fidem meam dedi tibi. s. apostoli quoꝝ ꝑdicatōne nati sunt tibi filij: 7 sic quod sequitur. Et euangelistaz dabo. intelligit ꝓprie de euangelistis xpi. qui a deo fuerūt dati hierusalē. s. ecclesie ad annūciandū bona spiritualia a xpisto sibi data: 7 sequit. Et vidi et nō erat ꝛc. quia nullus fuit ex idolatris nec ex incredulis qui iniret consilium ad redemptionem aiarum nec respōderet verbum. Cū oēs essent iniusti et vana opa eoruz. et sequitur. Ecce seruus meus suscipiam eum electus meus. q̄d exponit de xpo ad lrām puti postilla.

Capitulum.xlij.

Ecce seruus. In ꝓcedenti capitulo ostẽsa est dilectio dei ad ꝑplm iudaicum ex beneficijs q̃ ei in patribus ꝓcessit: hic ꝓsequenter idez oñditur et filio quẽ ei ex dilectione misit ꝑm q̃ dr̃ Job.iij.

Sic deus dilexit mundum vt filiũ suuz daret vnigenitũ ꝛc̃.et diuidit in duas ptes: ꝗa primo agit de filij missione.scdo de fidei multiplicatione ca. sequẽti. Prima adhuc i duas partes.qz primo describit hui⁹ bñficij magnitudo. secundo malozum ingratitudo:ibi. Hec verba.prima in tres:qz primo p̃dicat filij dei aduentus. secũdo malozum casus: ibi. Dñs sic fortis.tercio iustorum ꝓsperstatus:ibi. Et deducam. prima adhuc i tres. quia primo describitur filij mittendi conditio. scdo p̃dicit eiusdem missio:ibi. Hec dicit dñs.tercio inducit gratiarũactio:ibi. Cantate dño. Circa primũ sciendũ q̃ lra ista ꝑm latinos ꝛ hebreos est de xp̃o ad literam intelligenda.ꝛ hoc patet Matbei.xij.vbi ista litera allegat impleta in xp̃o.ꝛ hoc etiam patet ꝑ translatõem chaldaicam:que vocatur thargũ apud hebreos:ꝛ est tãte auctoritatis apud eos:q̃ nullus fuit ausus ei contradicere: ꝓter quod aliqui doctozes catholici exponentes passum istũ ꝛ totũ capitulũ de cyro rege: qui iudeos liberauit a captiuitate babylonica male dicũt etiã q̃tũ ad hoc magꝭ iudaizant q̃z hebrei exponẽtes ipm de tpe xp̃i.tñ hoc expectant in futurũ: et hoc male.ꝗa transijt in preteritũ:igit sequendo dictuz beati Matbei apostoli ꝛ euangeliste exponatur de christo:vt sit verbuz ꝑfis cum dr̃. a Ecce seruus meus. qz ls ab eterno fuit in forma dei:in tpe tñ accepit formã serui. vt habeat phil.ij. b Suscipiam eũ.qz bũanitas xp̃i assumpta est in vnitatẽ suppositi diuini.ꝑ hoc enim q̃ dicit:suscipiaz eũ.nõ est intelligendũ q̃ p̃ naturã humanã assumpsit.qz sol⁹ filius humanat⁹ ꝧ hãc assumptionẽ tota trinitas fecit. c Electus meus.ad redimendũ humanũ genus. d Complacuit sibi in illo ꝛc̃.ꝑ hoc intelligit p̃fis ad filiũ dilectio pfecta.

e Dedi spm̃ meu sup eũ.i. plenitudinẽ gr̃e spũssancti in aia xp̃i Jo.j. Vidim⁹ eũ quasi vnigenitum a pre plenũ gratie ꝛ veritatis. f Judiciũ gentib⁹ profert.iudiciũ eſt extremũ denunciauit hominib⁹ futuꝝ: vt ꝑz Matbei.xxv. Item in forma humanitat⁹ in q̃ iudicatus fuit coram pylato feret sniam in vltimo iudicio:hoc excepto q̃ tunc apparebit in forma gloriosa Act.j. Hic ihesus qui assumptus est a vobis sic veniet.sez ad iudiciũ:sicut vidistis eũ ascendentem.i. in forma humanitatis gloriosa:in qua ascendit in celum.

g Non clamabit.clamoze ꝓtentõnis:licet clamauerit clamoze p̃dicatõnis: Job.vij.in nouissimo festiuitatis die stabat ihesus et clamabat ꝛc̃. Et clamoze orationis ad hebreos.v. Cum clamoze valido et lachrymis offerens ꝛc̃. b Nec accipiet ꝑsonã.ꝑm q̃ dr̃ Matbei.xxij. Nõ respicis ꝑsonã hoim. i Nec audietur vox foris.i. vox p̃dicatõnis extra iudeam. qz in ꝑsona ꝓpria nõ p̃dicauit preterq̃z iudeis:nisi raro.vt pote samaritanis Job.iiij.qui tamen erant in pte iudei.qz recipiebant quinq̃z libzos moysi.et ꝓpter hoc dicit Mat. xv. Non sum missus nisi ad oues que perierũt domꝰ israh.

Ecce ser⁹ meus: b suscipiaz eum: c electus meus: d ꝓplacuit sibi i illo aĩa mea. e Dedi spiritum meũ sup eũ: f iudicium gẽtib⁹ ꝓferet. g Non clamabit: h nec accipiet personaz i nec audiet vox eius foris. k Calamũ quassatũ nõ ꝓteret: l et linũ fumigãs m ñ extinguet. n In veritate educet iudiciũ: o nõ erit tristis p nec turbulẽt⁹ donec ponat in terza iudiciũ: q ꝛ legem eius insule expectabũt. r Hec dicit dñs deus creans celos ꝛ extendens eos:firmans terram et que germinant ex ea dans flatuz populo qui est sup eam:ꝛ spiritum calcantibus eã. s Ego dñs vocaui te in iusticia: t ꝛ apprehendi manũ tuã: v ꝛ seruaui te x Et dedi te in fedus populi: y in lucez gentiũ z vt aperires oculos cecoꝝ: a ꝛ educeres de cõclusione victũ: de domo carceris: b sedentes in tenebris c Ego dñs:hoc est nomẽ meum. d Gloriaz meam c alteri nõ dabo:ꝛ laudẽ meã sculptilibus. f Que prima fuerunt: g ecce venerunt: h noua quoq̃z ego annũcio: i anteq̃z oriant.

k Calamũ quassatum non ꝓteret. i. ꝑplm gẽtilez vacuum a fide ad modũ calami ꝛ ꝓquassatum varijs errozibus idolatre. Hũc calamũ nõ contriuit: ꝰ magis resartiuit vocãdo ad fidem p aplos predicationem.

l Et linum fumigans .i. populum iudaicum modice aut nulli⁹ ptãtis ꝺ exercitũ romanoꝝ m Nõ extinguet qz ignis p romanos accensus i irlm nõ fuit extinctus: nisi ꝓsumptõez obstibilis materie.

n In verit.edu. iudiciũ. qd̃ intelligitur de iudicio discretõnis:quo aliquos vocauit ꝛ vocat ad fidem suo iusto iudicio alijs dimissis:ꝛ de iudicio extreme examinatõnis:in quo ꝓcedet ꝑm lineaz equitatis.

o Non erit tristis.in animo. p Nec turbulentus in exteriori signo.hoc tamen non est intelligendum de tristicia naturali que est passio existens in parte sensitiua illam eñ assumpsit:ad ostendendũ in se veritatem humane nature: Matbei.xxvj.c. Tristis est anima mea vsz ad mortem:sed de tristicia obnubilante rationem: que in eo non habuit locum.vnde vbi habemus. Non erit tristis: in hebreo habetur. Non obscurabit donec ponat in era iudiciũ.qd̃ ꝑt intelligi de duplici iudicio p̃dicto.

q Et legẽ eius insule expectabũt.qd̃ ꝑ impletũ i sicilia anglia:cypro.ꝛ alijs insulis.q̃ legẽ euãgelicã receperunt. etiam alique a tpe aplorum:vt ꝑz in actibus aplorum in pluribus locis:quõ paulus predicauit in insulis. r Hec dicit. Hic ꝓsequenter describit ipsa missio cuz dr̃. Hec dicit dñs deus creans celos ꝛc̃.q.d.sicut creauit oia de nihilo sua virtute infinita:ita eadem pt̃ate mittet filiũ in mõdo sequit. s Ego dñs vocaui.te in iusticia.qz xp̃c mũdum redemit ꝑ viam iusticie satisfaciens ꝑ peccato plenissime. t Et apprehendi manũ tuã. humanitas enim christi ẽ instrm diuinitati ꝓiunctũ:ꝛ iõ nõ mouet ad aliquid nisi ꝑm motuz diuinitatis. v Et seruaui te.recipiendo aiam tuã in morte ꝑm q̃ saluator petijt Lu.xxiij. Pater in manus tuas ꝓmendo spm̃ meũ. x Et dedi te in fedus ꝑplũ.qz ꝑ mortẽ ei⁹ sumus deo reconciliati.

y In lu.gen.recipientiũ fidẽ ad aplorum predicatõnem.

z Et aperires oculos cecoꝝ.i. gẽtiliũ: qui pri⁹ erãt erroꝛib⁹ excecati.qz ad lram xp̃c multos cecos illuminauit corpaliter.

a Et educeres de ꝓclu.vinctũ.i.patres de limbo q̃ ibi tenebantur sicut in carcere reclusi. b Sedẽtes in tenebris.qz carebãt claritate diuine visionis. c Ego dñs ꝛc̃.s.simpliciter ꝛ absolute. Alij aũt dicunt dñi diminutiue ꝛ ptice patiue. d Gloriã meã.i.bonoꝛẽ mihi soli debitum.

e Alteri nõ dabo.ꝺ cedẽdo q̃ hoc possit licite fieri. f Que prima fuerũt.s.nũciata ꝑ moysen. g Ecce venerũt.sicut ꝑz de ingressu xp̃e ꝓmissionis ꝛ pluribus alijs ꝑ moysẽ nunciat:q̃ ipleta sũt a tpe esaie ꝛ ẽ. h Noua q̃z ego annũcio.s.de missione filij i carnẽ. i Anteq̃z oriant.i.

et posuerũt lapidẽ sup me. Gade. f Inundauerunt aq̃ sup caput meũ: y dixi perij. Coph. z Inuocaui nomen tuũ dñe de lacu nouissimo. Coph. Vocẽ meã audisti: ne auertas aurẽ tuam a singultu meo et clamoribus. Coph. a Appropinquasti in die q̃ inuocaui te: dixisti ne timeas. Res. b Judicasti dñe cãz aie mee: redemptor vite mee. Res. c Vidisti dñe iniq̃tatẽ illoꝝ⁹ aduersus me: c iudica iudiciuz meum. Res. Vidisti oẽz furorẽ vniuersas cogitatiões eoꝝ aduersũ me. Syn. d Audisti obꝓbriũ eoꝝ dñe:oẽs cogitatiões aduersuz me. Syn. e Labia insurgẽtiũ mihi ⁊ meditatiões eoꝝ aduersuz me tota die. Syn. f Sessionẽ eoꝝ ⁊ resurrectiõez eoꝝ vide:ego sũ psalmus eoꝝ. Thau. g Reddes eis vicez dñe:iuxta opa manuuz suaꝝ. Thau. h Dabis eis scutũ cordis: i labor tuus. Thau. k Persequeris in furore et cõteres eos sub celis dñe.

Capitulum.iiij.

Aleph. .iiij.

Quomodo obscuratuz ẽ aurum: b mutat⁹ est color optim⁹: c dispersi sunt lapides sctuarij in capite oĩm platearũ. Beth. d Filij syon e inclyti ⁊ f amicti auro pꝛio: g quo reputati sũt in vasa testea opꝰ manuũ figuli. Gymel. h Sz quia tpe iosie viguit diuinꝰ cultus ⁊ sub filijs suis idolatria. In hebreo habetur. Mutata est massa bona.ꝑ quaz intelligitur iosias ex quo tanq̃ ex massa optima ꝓcesserũt filij pessimi:quod est magne admirationis materia:ideo sequitur. c Dispersi sunt lapides sanctuarij.i.iosie filij qui dicuntur lapides ꝓpter obdurationem in malo:dicuntur tamen lapides sanctuarij eo q̃ ꝓcesserunt de patre sanctissimo.et hec est metaphorica locutio:sicut frequnter fit in ꝓphetis:⁊ isti tres filij iosie sic fuerunt dispersi.quia ioachaz vinctus ductus fuit in egyptum:⁊ ibi fuit mortuus ioachim interfectus ꝓiectus fuit extra portas hierusalez:vt dictuz est supra.xxij.sedechias vo eroculatus fuit ductus in babylonem:et ibi mortuus. d Filij syon. hoc dicitur de filijs iosie qui fuerunt nutriti in monte syon vbi erat domus regia. e Inclyti.ꝯtum ad genus.vel quia sum ꝓceptum patris nutriebantur in moribus. ꝯuis ex sua malicia fuerunt puersi. f Amicti auro primo.quia ad literã filij regum aurifrigiatis vestibus vtebantur. g Quomodo reputati sunt in vasa testea.i.viliter abiecti:vt patet ꝑ predicta:sicut fragmenta vasoꝝ testeoꝝ proiciuntur in locuz immundum. h Sed et lamie. Hic consequenter hieremias lamentatur populi miseriam:et secundo subiungit miserie causam:ibi. Propter peccata. Prima i duas:quia primo lamentatur miseriam famis.secundo destructiõis vrbis:ibi. Compleuit. Circa primuz sciendum q̃ bestie quantũcunq̃ crudeles naturaliter diligunt fetus suos.et aliquando exponũt se morti ad defendendum eos: in obsidione vero hierusalem per chaldeos tanta fuit fames q̃ viri et vxores absconde bant cibum et celabant adinuicem:sicut fuerat predictũ per moysen Deuteronomij.xxviij. Homo delicatus in te inuidebit fratri suo. et vxori que cubat i sinu suo ne det eis de carnibus filiorum suoruz ⁊c.⁊ eo modo dimittebant filios ⁊ filias mori fame:celãtes cibũ ad mortez propriã differendum: et ideo. plangit hie

Capitulum.iiij.

Quomodo.Hic describit lamentatio sub ordine alphabeto:⁊ dicit hic ra.sa.q̃ hieremias scripsit istũ quartũ ca.lamẽtando mortẽ regis iosie:ꝑm q̃ dicit.ij.ꝑalip.xxxv. Vniuersus iuda ⁊ irlm luxerũt cũ.hieremias maxie cuncti⁹ oĩs cãtores et cãtatrices vsqz in pñtem diẽ lamentatiões sup iosiam replicant ⁊.q. lex ⁊c.ergo cum in tribus capitulis precedentibus nõ fiat mẽtio de lamẽtatiõne iosie oportet dicere vt videt q̃ hieremias hic eũ lamentet:vel q̃ lamentatiões de iosia apud nos nõ habent. Sequẽdo ergo sensum istũ qui videtur satis rationabilis:pns capitulũ in duas partes diuidit: quia primo ponitur huiusmodi lamentatiõ.secõ ꝓtra aduersarios inuectio:ibi. Gaude ⁊ letare. Circa primũ sciendum

retnias crudelitatē ꝓpli sui maiorē ꝯ bestiaꝝ dicens.
b Sꝛ et lamie. bestie sunt bñtes faciez mulieri silez.
i Nudauerūt māmā. parate nutrire fetus suos.
k Filia populi mei crudelis. i. crudelioꝛ ipsis.
l Quasi strutio in deserto. q̄ ponit ouа ꝛ abscōdit in
barena: ꝛ sic dimittit: nec ē solicita de fotu ouoꝝ rū: nec de educatione pulloꝝ. et sic erāt mres in obsidione irlm respectu filioꝝ iō subdit.
m Adhe. lin. lactent̄. i. lac sugētis sicut dictū est ā. ij. ca.
n Ad palatuꝫ ei⁹ in siti. i. ex nimia siti q̄ desiccat linguam.
o Paruuli petierūt panē a patrib⁹ et mr̄ibus
p Et non erat qui frāgeret eis et cā ꝓdicta.
p Qui vescebant volup. añ obsidionē.
r Interierūt in vīs. fame dū quererēt panez
s Qui nutriebant in croccis i. in vestib⁹ suauib⁹ et pulcris: vñ in bebreo bꝛ̄ In scarleto.
t Amplexati sūt stercoꝛa. i hebreo habet. Fimos sicut pauperes in byeme q̄ vestimēta nō habēt inuoluūt se fimo.

et lamie nudauerūt māmas lactauerūt catulos suos. k Filia ꝓpli mei crudel: q̄si structio i deserto. Beleth. l Adhesit lingua lactentis ad palatū ei⁹ in siti. m Paruuli petierūt panē: ꝛ nō erat q̄ frāgeret eis. He. n Qui vescebātur voluptuose: o interierūt i vīs: p q̄ nutriebant̄ i croceis: q amplexati sunt stercoꝛa. Vau. r Et maioꝛ effecta est iniq̄tas filie ꝓpli mei peccato zodomoꝛū: s q̄ subuersa ē i momēto ꝛ nō ceperūt i ea manꝰ. Zai. t Candidioꝛes nazarei ei⁹ u niue b nitidioꝛes lacte: rubicundioꝛes eboꝛe antiq̄ c saphyꝛo pulcrioꝛes. Heth. d Denigrata ē sup carbones facies eoꝝ: f ꝛ nō sunt cogniti i plateis. g Adhesit cutis eoꝝ ossib⁹: aruit et facta ē q̄si lignū. Theth. h Melⁱ fuit occisis gladio q̄ interfectis fame: q̄m isti ertabuerūt ꝓsumpti a sterilitate terre. Joth. i Manꝰ muli erū misericoꝛdiū k coxerūt filios suos: facti sūt cibus earū i ꝓtritōe filie populi mei Caph. l Cōpleuit dñs furoꝛem suum: effudit iram indignatōis sue. m Et succendit ignem in syon. n et deuorauit fundamenta ei⁹. Lamech. o Non crediderūt reges terre ꝛ vniuersi hītatoꝛes oꝛbis: q̄m ingrederetur hostis et inimic⁹ per poꝛtas irlm. Aem. p Propter peccata ꝓphetaꝝ ei⁹ ꝛ iniquitates sacerdotum eius: qui effuderūt in medio ei⁹ sāgui nē iustoꝝ. Nun. q Errauerūt cecī i plateis: r pollutiſt sanguine. s Cumq̄ non possent t tenuerunt lacinias suas. Samech. v Recedite pollu ti clamauerūt eis: recedite: abite: x nolite tangere y Jurgati q̄ppe sūt: ꝛ ꝓmoti y dixerūt int gētes a ñ addet vltra b vt habitet in eis. Ayn: c Facies dñi d diuisit eos: e ñ addet vt respiciat eos. f Facies sacerdotū non erubuerūt ne q̄ senuz miserti sunt. Phe.

dith. vñ. Sit finis noster brꝛuis in oꝛe gladij. q̄ lōgioꝛ efficit in ariditate sitis. i Manꝰ mu. misericoꝛdium. i. qui ratōne ꝛerus solent esse miscdes. k Coxerūt filios ꝛc. ꝓ nimia anxietate famis. l Compleuit. Hic cō sequnter bieremias lamētat miseriā ꝓpli ex destructōe ciuitatis cū dr̄. Compleuit dñs furoꝛem suuz. i. vindicte sue effectuz. m Et succē. ignē. in syon vbi erat tēplū ꝛ domicilium regis.
n Et deuo. fūdamēta ei⁹. i. ipsi⁹ syō q̄ nō solū edificia qui erant in mōte syon fuerunt cōbusta ꝫ etiā oia alia q̄ erāt in pede mont ꝛ circa mōtē: vt bꝛ̄ ꝫ. lij. o Nō credideꝛūt reges terre ꝛc. q̄ salomō potentissim⁹ bieruſalē murauit ꝛ tāfoꝛtiter muniuit q̄ inexpugnabilis videbat. p Propē pctā. Hic ꝓnūt tangit ꝓdicte miserie cā: ꝛ est duplex. secūda poit: ibi. Cuz adhuc. Una ē occisio innocentum in irlm: ꝛ maxime tpe manasse: vt bꝛ̄. iij. reg. xxiij. ꝛ hoc fiebat ad instinctū et exhoꝛtatōez falsoꝛū ꝓphetaꝝ ꝛ sacerdotū: vñ ꝛ moꝛtez ipsi⁹ bieremie q̄rebant: vt bꝛ̄ ꝫ. xxvj. ideo dr̄ hic. Propter pctā ꝓphetaꝝ ꝛc. ꝛ pz litera.
q Errauerūt ꝛc. lra ista ē obscura ꝛ

v Et maioꝛ effecta ē iniq̄. ꝛc. q̄ idolatria q̄ vigebat in iudea: cū sit directe ꝓtra deū grauius pctm̄ est ꝯ zodomia. Ra. sa. exponit hoc de grauitate punitōnis vt sit sensus. v Et ma. ef. est iniq̄tas ꝛc. i. grauiꝰ punita ꝯ iniquitas zodomoꝝ: ꝛ subdit: ad hoc ratō prima cum dr̄. x Que subuersa ē in momēto. i. nō babēs longū cruciatū: sicut iudei in irlm obsessi. secda cuz dicit. y Et nō cepe. in ea ma. s. aduersarioꝝ: zodoma el fuit subuersa ꝓ angelū: ꝛ sic bona ciuitatis nō rapuerūt sibi aduersarij: ꝫ bona irlm rapuerūt sibi chaldei totaliter: ꝛ hec fuit vna pena iudeoꝝ. s. q̄ aduersarij sui gauderēt de bonis eoꝝ. z Candidioꝛes nazarei. i. sacerdotes ꝛ leuite diuino cultui deputati q̄ erāt induti lineis vestimentis: ꝛ albis. a Niue. empbatica ē locutio ad exp̄imendū intensionē albedinis: et ad idem facit qđ subdit. b Nitidioꝛes lacte rubicundioꝛes eboꝛe antiquo. bebrei dicūt. Rubicūdioꝛes auro. c Saphyꝛo pulcrioꝛes. in hoc denotat pulcritudo ornamentoꝝ maxime sacerdotum. d Denigrata est sup carbones facies eoꝝ. p̄ fame ꝛ miseria et siliter est hic empbatica locutio ad exp̄ssionē nigredinis. f Et non sunt cogniti in plateis. i. distincti. ab alijs coibus psonis. g Adhesit cutis eoꝝ ꝛc. p pter defectū nutrimenti. h Melⁱ fuit occisis gladio. i. minus male ꝓpter breuioꝛē cruciatuz: vnde Ju

ꝛ inuoluta ꝛ multiplr exponit: accipiā illū modū qui mihi videt magis litere ꝓsonare. s. vt ꝓtinuet litere immediate p̄cedēti: q̄ loquit de punitōe iniqua innocentū. q̄ alicui occidebant: quidā excecabant ꝛ q̄tum ad istos dr̄.
q Errauerūt ce. i. iusti ne q̄ter excecati. r Polluti sūt san. s. alioꝝ iustoꝝ: qz nō videtes ponebāt pedes suos ita in sanguie sicut in alijs locis. s Cūq̄ no. po. s. recte incedere: aliq̄ libri bñt hic additum. Intrare. ꝫ nō ē in beb. nec in libris coꝛrectis. t Tenuerūt laci. su. i. apprehēdere tentauerūt oras vestimentoꝝ videntiū: vt sic exirēt de locis sanguine repleꝫ: ꝛ ipsi videtes et maxime ꝓphete falsi et sacerdotes nō ꝓmittebāt dicētes. v Rec. pol. qz q̄uis ꝫm veritatē essent iusti. tamē a malis reputabāt iniqui. x Poli. tā. s. nos ꝺ malicia vestra inquinemur et ꝓ hūc modū de talibus dr̄ Esa. lxv. qui dicit a me: non appropinquas mihi: qz immūdus es. y Jurga. q̄ppe sunt. nō em̄ sufficiebat falsis ꝓphetis ꝛ sacerdotibus iustos affligere factis: ꝫ etiā affligebāt verb iniuriosis. ꝛ qz tale facin⁹ erat execrabile etiā apd̄ gētiles ad q̄s noticiā deuenit ꝫ execrabile factū: iō subdit. r Dixe. int̄ gē. dictū crimē detestantes. a Nō addet vl. s. deus iudeoꝝ. b Et ba. in eis. ꝓpter malicia ipsoꝝ: ideo subdit. c Fa. ꝺ. ꝛc. i beb. bꝛ̄. Ira dñi. ē tñ cadē sinia. d Diuisit eos. i. in diuersis tem̄ disposit. e Nō ad. vt resp. eos reducēdo eos ad terrā suā. f Fa. sacer. s. bonoꝝ de

quoꝝ numerō erat hieremias. cuiꝰ verba increpatiua nō receperūt ꝙ multa obprobria ꝛ vituperia ei intulerūt: vt pz ꝙ supza dicta in pluribꝰ locis: ꝛ idē faciebāt de alijs iustis. pōt etiā ꝑ lr̄a aliter exponi referēdo eā ad chaldeos ꝙ ppter malicīā iudeoꝝ ab eis cognitā: vt p̄dictū ē sic cō

tempserūt totū populū ꝙ non verebant alicui rōne or dinis aut etatis.

a Cū adhuc. Ponit lcōa cā p̄dicte miserie iudeoꝝ ꝙ fuit vana ꝓfidentia i auxilio egyptiorum vt freq̄nter dictū est ſ. et ꝑ est qō dr̄. Cuz adhuc subsisterem⁹. i. anteqū ciuitas essz capta. b Defecerūt oculi nostri. expectando cū mag̃ desiderio.

c Ad auxiliū nostrū vanū. i. ad exercitū egyptioꝝ.

"Cū adhuc subsisterem[9b] de fecerūt ocli nr̄i [c]ad auxiliuz nr̄m vanū: [b]cuz respicerem⁹ attēti [c]ad gētē q̄ saluare nos nō poterat. Gade. [f]Lubricauerūt vestigia nr̄a i itinere plateaꝝ nr̄aꝝ [g]appropinq̄uit finis nr̄ ꝙpleti sunt dies nr̄i: q⁹ venit finis noster.

Coph [b]Velociores fuerūt ꝓsecutores nr̄i aquilis celi [i]sup montes ꝓsecuti sūt nos:

"in deserto insidiati sūt nobis. Res [i]Spūs oris nostri [m]xp̄c dñs [n]captꝰ est in peccatis nostris: [o]cui dixi⁹ [p]i vmbra tua [q]viuem⁹ in gentib⁹.

Syn. [r]Gaude ꝛ letare filia edom [s]que habitas in terra bus. [t]Ad te quoq̄ perueni et calix: [v]inebriaberis [x]atq̄ nudaberis. Thau. [y]Completa est iniquitas tua filia syon nō [z]addet vltra [a]vt

d Cum respiceremus attenti. ad videndū si venirēt ad leuandū obsidionē chaldeoꝝ. e Ad gentē que saluare nos non poterat. q⁹ sicut dcm̄ est supra. xxxvij. cū exercitus egypti esset in via veniendi in auxiliū iudeorum: redūt in egyptum timore chaldeoꝝ sibi occurrentiū.

f Lubricauerunt vestigia nostra ꝛc. partim timore: partim fame. q⁹ timidi et fame ꝓsumpti nō incedūt firmiter ſ lubricādo. g Appropinquauit finis noster. i. mors q⁹ multi fuerūt occisi: ꝛ reliqui captiuati: que captiuitas est mors ciuilis. b Velociores fue. ꝓsecu. no. aquilis. q. d. pauci aut nulli poterant effugere ab eis. i Sup mōtes ꝓsecuti sūt nos. vbi credebam⁹ esse tuti ꝓpter inaccessibilitatem loci. k In deserto insidiati sunt nob. q d. nō patebat nob aliqs locꝰ fugiēdi. l Spūs. Hic cōsequēter hieremias lamentat̄ iosie mortē. Circa q̄ sciendū q ꝑm hebreos ista est lr̄a. Spūs naris nostre xp̄c dñs captus est in fossis eoꝝ. q̄ sic exponit̄. Spūs nar⁹ nostre ꝛc. Iz in hominib⁹ respiratio fiat ꝙ os et per nares: tñ illa q̄ fit ꝙ nares ē melioꝛ ꝑm philosophū: talis aūt respiratio ē vite humane saluatio: q⁹ ipsa deficiēte deficit vita: dicit ḡ hieremias in ꝓsona ꝙpli iude. l Spūs naris nostre. i. rex iosias ex tua bonitate et prudentia cōseruator vite nostre. m Christus dñi. i. vnctus in regem ex ordinatōne diuina. n Captus est in fossis eoꝝ. ſ. egyptioꝝ: dicit esa. ſa. q cū iosias iret ad pugnandum ꝓ regem egypti: ꝛ nollet a pugna requiescere: vt habet̄. iiij. Reg. xxiij. ꝛ. ij. Palip. xxxv. Egyptij fecerunt fossas ꝓpe suum exercitū: vbi iudei debebāt eos aggredi: que erat opte dēsup ꝛ exercit⁹ iosie illucveniens ꝙ fossas illas decept⁹ fuit statim debellat⁹. ꝛ iosias letaliter vulnerat⁹: ꝛ ex vulnere postea mortuus. o Cui dixim⁹. i. de quo viuente dixim⁹. p In vmbra tua. i. sub ꝓtectōne tua.

q Viuemus in gentibus. i. securi ab impugnatōne gentium que circa nos habitant. Expositores ꝙo latini dicūt coiter q hieremias hic ꝓphetauit de morte dñi nr̄i iesu christi: et ꝑm hoc bec est litera. Spiritus oris nostri xp̄s dominus ꝛc. Circa quod sciendū q vbi habem⁹ h̄ dominus: in hebreo habetur nomen domini Tetragrāmaton q⁹ nō pōt dici de aliquo in nominatiuo casu: nisi de deo vero: verūtamē quia illd̄ nomen est indeclinabile: sicut ꝛ alia nomina hebraica indifferenter accipitur in casu nominatiuo ꝛ genitiuo: ꝛ reliquis: sicut hec nomia cornu et gelu in latino. ꝛ iō ꝑm q̄ iste passus exponitur de Josia q̄ fuit homo purus nō potest dici de eo in nominatiuo casu: sed bene pōt prout exponitur de christo qui est verus homo ꝛ verus deus in vno suppposito: et sic ē sensus. Xp̄c dominus. i. iesus ver⁹ homo ꝛ verus deus. Qui est spūs oris nostri. i. nos viuificans. in respiratōe suē gr̄e. Captus est in p̄cis nostris. i. iudeis traditus ꝓpter peccata nr̄a velenda. Cui dixim⁹ in vmbra tua viuem⁹ in gentib⁹. loquebat̄ em̄ hieremias in ꝓsona xp̄i vt p̄dictum est. vidit autē hieremias aliquos de iudeis fidem christi recepturos: et p cōsequens subvmbra eius victuros cuz gentib⁹ fidem xp̄i recipientib⁹ sub nomine christiano vidit etiā alios in infidelitate p mānsuros ꝛ istos etiā vidit victuros inter xp̄ianos ꝙaliter sub vmbra xp̄i. vna enim causa quare sic ꝙmittunt viuere ē vt christianī ꝙ ꝑsentiā iudeorum magis habeant me

d Cum respiceremus attenti. ad videndū si venirēt ad leuandū obsidionē chaldeoꝝ. e Ad gentē que saluare nos non poterat. q⁹ sicut dcm̄ est supra. xxxvij. cū exercitus egypti esset in via veniendi in auxiliū iudeorum: redūt in egyptum timore chaldeoꝝ sibi occurrentiū.

f Lubricauerunt vestigia nostra ꝛc. partim timore: partim fame. q⁹ timidi et fame ꝓsumpti nō incedūt firmiter ſ lubricādo. g Appropinquauit finis noster. i. mors q⁹ multi fuerūt occisi: ꝛ reliqui captiuati: que captiuitas est mors ciuilis. b Velociores fue. ꝓsecu. no. aquilis. q. d. pauci aut nulli poterant effugere ab eis. i Sup mōtes ꝓsecuti sūt nos. vbi credebam⁹ esse tuti ꝓpter inaccessibilitatem loci. k In deserto insidiati sunt nob. q d. nō patebat nob aliqs locꝰ fugiēdi. l Spūs. Hic cōsequēter hieremias lamentat̄ iosie mortē. Circa q̄ sciendū q ꝑm hebreos ista est lr̄a. Spūs naris nostre xp̄c dñi captus est in fossis eoꝝ. q̄ sic exponit̄. Spūs nar⁹ nostre ꝛc. Iz in hominib⁹ respiratio fiat ꝙ os et per nares: tñ illa q̄ fit ꝙ nares ē melioꝛ ꝑm philosophū: talis aūt respiratio ē vite humane saluatio: q⁹ ipsa deficiēte deficit vita: dicit ḡ hieremias in ꝓsona ꝙpli iude. l Spūs naris nostre. i. rex iosias ex tua bonitate et prudentia cōseruator vite nostre. m Christus dñi. i. vnctus in regem ex ordinatōne diuina. n Captus est in fossis eoꝝ. ſ. egyptioꝝ: dicit esa. ſa. q cū iosias iret ad pugnandum ꝓ regem egypti: ꝛ nollet a pugna requiescere: vt habet̄. iiij. Reg. xxiij. ꝛ. ij. Palip. xxxv. Egyptij fecerunt fossas ꝓpe suum exercitū: vbi iudei debebāt eos aggredi: que erat opte dēsup ꝛ exercit⁹ iosie illucveniens ꝙ fossas illas decept⁹ fuit statim debellat⁹. ꝛ iosias letaliter vulnerat⁹: ꝛ ex vulnere postea mortuus. o Cui dixim⁹. i. de quo viuente dixim⁹. p In vmbra tua. i. sub ꝓtectōne tua.

q Viuemus in gentibus. i. securi ab impugnatōne gentium que circa nos habitant. Expositores ꝙo latini dicūt coiter q hieremias hic ꝓphetauit de morte dñi nr̄i iesu christi: et ꝑm hoc bec est litera. Spiritus oris nostri xp̄s dominus ꝛc. Circa quod sciendū q vbi habem⁹ h̄ dominus: in hebreo habetur nomen domini Tetragrāmaton q⁹ nō pōt dici de aliquo in nominatiuo casu: nisi de deo vero: verūtamē quia illd̄ nomen est indeclinabile: sicut ꝛ alia nomina hebraica indifferenter accipitur in casu nominatiuo ꝛ genitiuo: ꝛ reliquis: sicut hec nomia cornu et gelu in latino. ꝛ iō ꝑm q̄ iste passus exponitur de Josia q̄ fuit homo purus nō potest dici de eo in nominatiuo casu: sed bene pōt prout exponitur de christo qui est verus homo ꝛ verus deus in vno suppposito: et sic ē sensus. Xp̄c dominus. i. iesus ver⁹ homo ꝛ verus deus. Qui est spūs

mortem xp̄i: sicut diffusius dictū fuit sup illo p̄s. Iuxta deus ostendisti mihi super inimicos meos: ne occidas eos ne quando obliuiscant̄ populi mei ꝛc.

r Gaude. Postq̄ posita ē hieremie lamētatō: hic in fine ponitur ꝓtra aduersarios inuectio: ꝛ dicit hic rasa. q hieremias hic ꝓphetizat de destructione romani imperij. eo q destruxit templū ꝛ captiuauit populum iudeorum tpe tyti et vespasiani: et sic ꝙ filiam edom intelligitur Roma seu populus roman⁹ cum dicitur. Gaude et letare filia edom ꝛc. quasi dicat gaudium istud quod habuisti de destructione ciuitat̄ ꝛ templi in tristiciam tuam conuertetur. Ad te quoq̄ queniet calix. vindicte diuine. Sed ista exposītio non videtur rationabilis: quia edom alio nomine dictus est esau: Gen. xxv. ꝛ sic edom descēdit de sem filio noe ꝙ ysaac. cuius filius fuit Esau: tota autē europa in qua est roma dicitur populata fuisse a filijs iapbet: ꝓpter quod non videtur rationabiliter dictum: q⁹ p edom significetur romanum imperiuz: propter quod dicūt doctores nostri q⁹ per filiam edom intelligitur ipa idumea ab ipso Esau prout dictus est edom denomiata: ꝛ inuebitur hic ꝓphet̄a specialiter cōtra idumeos q̄ deberant diligere filios israel eo q descenderunt a duobus fratrib⁹ vterinis scilicet iacob et Esau. et ipsi magis econuerso habuerūt eos odio. ꝛ in destructōe hierusalem fuerunt cuz chaldeis gaudētes de illa destructione: ideo dicitur hic. r Gaude ꝛ letare filia edō quasi diceret ista leticia tanq̄ iniusta in tristiciaz conuertetur. s Que habitas in terra bus. ista bus nō est illa de q̄ natus fuit iob: vt hz Job. j. ſ alia eiusdem nominis exñs in regno idumee: freq̄nter. n. in scriptura reperit̄ q⁹ due ciuitates vel loca in diuersis regnis posita: eodem noie equiuoce nominantur.

t Ad te quoq̄ pueni. calix. i. pena diuine vltōnis.

v Inebriaberis. i. ad plenū punieris. x Atq̄ nudaberis. bonore ꝛ alijs bonis. y Completa est iniquitas tua filia syon. i. complebitur in fine. lxx. annoꝝ quia tūc reuerteris ad terram tuam: completa captiuitatis tue pena: que pro iniquitatibus tuis est tibi inflicta. z Non addet vltra. scilicet dominus.

a Set transi. te. de terra tua ejciendo subintelligitur tamen conditio scilicet si adhereas ꝛ seruias fideliter domino deo tuo. quia iste promissiones diuine intelliguntur sub conditione. sicut dictū est supra. xvij. ꝛ ita factū ē: q⁹ filij israel non fuerunt electi de terra illa donec negauerunt dominū suū iesum xp̄m coram pylato dicentes. Non habem⁹ regē nisi cesarē. Job. xix. eius

mosē iniq̄. Peurātes: ꝓter qđ ꝑ romanos fuerī partim occisi: ⁊ ptim captiuati. b Visitauit iniq̄tatez tuā filia edom. eā iuste puniendo. c Discooperiet pctā tua. penā manifestā oib⁹ inferēdo: ⁊ loquit̄ ꝺ futuro ꝓ modū ꝓteriti ꝓter certitudinem ꝓbetis.

Capitulū. v.

Recorda re. Posita lamētatione. hic vltimo ponit̄ eius oīo i q̄ hieremias replicat multiplicem ꝓpli sui miseriā ad quo candū diuinam misericordiaz ⁊ diuiditur in duas ꝑtes: qz primo explicat miseriam ex ꝑte captiuationis ꝓpli. secundo ex ꝑte destructionis regni et templi: ibi. Cecidit corona. Circa primū dicit.

a Recordare dñe. i. ex tua pietate nostre miserie cōdescende: nō em̄ obliuio ⁊ recordatio hūt ꝓpie locuz i deo s ad modū recordantis alicuius miseri se bz quā do ei auxiliū ꝑbet. b Despectas no. ver. ē ad alienos. qđ erat captiuatis magna pēa. maxime qz illa terra fuerat pribus eoꝝ a deo ꝺcessa. c Pupilli facti sum⁹ ⁊c. viri em̄ bellatores mortui fuerāt ⁊ occisi pro maiori pte: ⁊ sic filij remāserāt pupilli: ⁊ mres vidue. Sciendū tn̄ q ꝓpupill⁹ ꝓpie ē q̄ caret matre: orphan⁹ vo pr̄e. vnū tamē frequenter accipit̄ ꝓ alio. d Aquā no. pecu. bibi. ⁊c. qz exntes in era babylonis nō ꝓmittebant̄ vti cōibus vt aḡs ⁊ nemorib⁹ libere sicut babylonij s emebant talia sicut serui. e Ceruicibus no. mina. i. de amputatōne capitū nostroꝝ. f Lassis nō dabat̄ requies. qz babylonij cogebāt eos ad laborē vltra modū. Consequēter explicat miseriā q̄ fuit añ destructōez ciuitat̄ cū dī. g Egypto de. ma. ⁊ assyrijs. qz aliq̄n ꝑfederauerūt se cū istis: aliq̄n cū illis: vt possent tutari ꝺ insultū regis babylonis: ⁊ sic possent colere terā suā ad habendū victū de terzenascentib⁹. b Patres no. pec. ꝑcato multiplicis idolatrie. i Et nō sūt. sup era viuētes. k Et nos iniqui. eo. portaui. ꝓpter em̄ iniquitates factas ꝺ manasse regi fuit destructa ciuitas ⁊ ꝑpls ciuitatis captiuat⁹: vt .ii. .Reg. xxiij. Qui longe ante captiuitatē mortuus fuit ⁊ alij eiusdē tpis: bñ tn̄ puniunt̄ filij ꝓ parētib⁹ ꝓpter ⁊ matime q̄n̄ sunt imitatores paternoꝝ sceleruz sicut fuit i ꝓposito. l Serui dñati sūt nr̄i. i. illi q̄ ꝓ⁹ solebant seruire nobis: tempe em̄ dauid ⁊ salomonis ⁊ damei ⁊ alij ꝓpli circa iudeū babitātes erant tributarij regis iude: ꝰ capta ciuitate multi de iudeis facti sūt eis serui: qz in illa captione fuerūt cū babylonijs: ⁊ sic

transmigret te. b Visitabit iniquitatez tuā filia edom. discooperiet pctā tua.

Ozo hieremie. .v.

Recordare dñe qđ acciderit nob̄ intuere et respice obꝓbriū nr̄m b Hereditas nr̄a versa ē ad alienos: dom⁹ nr̄e ad extraneos c Pupilli facti sum⁹ absq̄ patre: matres nr̄e quasi vidue d Aquā nr̄az pecūia bibim⁹ ligna nr̄a ꝑcio comparauimus. e Ceruicib⁹ nr̄is minabamur: f lassis nō dabat̄ requies. g Egypto dedim⁹ manum ⁊ assyrijs. vt saturaremur pane h Patres nostri peccauerūt ⁊ nō sūt: ⁊ nos iniq̄tates eoꝝ portauim⁹ i Serui dñati sūt nr̄i: nō fuit q̄ redimeret de mānu eoꝝ k In aiabus nr̄is afferebam⁹ panez nob̄: l a facie gladij in deserto. m Pellis nostra q̄si cliba nus exusta ē: n a facie tempestatū famis. o Mulieres i syō

habuerūt ꝓtem aliquā de captiuis. m In aiab⁹ no. i. in periculo vite nr̄e. n Afferebā. pa. no. i. victū nr̄m cui⁹ causa subdit̄. o Q facie gla. in deserto. vbi ponebant̄ insidie ad nos spoliandum ⁊ interficiendum. p Pellis no. q. cliba. exusta est. i. exiccata ⁊ denigrata. q Q fa. tempe. s. er defectu eiꝰ nutrimēti cutis desiccat̄ ⁊ nigrat̄. r Mulie. in syon būi. s. chaldei ⁊ alij aduersarij nr̄i eis abutēdo etiā in loco sacro: ⁊ multo fortius in alijs iō seqūtur. Virgines dē. s Principes manu suspēsi. sc. qz aliq̄ de principalib⁹ ꝓpter quoꝝ ꝓsilio rebellauit sedechias in detestatione facti fuerunt patibulis ꝓ manus eoruz affixi. t Facies se. nō erubuerūt. nr̄ pcētes eis rōne ꝓuecte etatis in bzeo babet̄. Mola onerati sūt facies senes dē. qđ exponēs Ra. sa. dicit q̄ cū ducerent̄ captiui in babylonez illi q̄ ducebāt eos cogebāt eos ad portandum molas ad terendū bladū et similia: quibus indiget exercit⁹: nec in hoc deferebāt alicui ꝓter senectutē v Adolescē. impudi. abusi sūt. vicio zodomitico.

x Et pue. in ligno corrue. qz aliqui eoꝝ fuerūt suspēsi vt dicunt aliqui. in bebzeo sic br̄. Et pueri in ligno debilitati sunt. qđ exponit Ra. sa. de iuuenib⁹ q̄ poterāt aliqđ pōdus portare: ⁊ illis imponebant̄ ligna portanda in itinere: sicut viris grauioza vt dictū est. y Senes desc. de por. s. irm̄ ⁊ alijꝝ iudee ciuitatū: vbi ante destructōnem sedebant senes autentice ad iudicandū. z Iube. de cho. psalleutiū. qz ꝓtim erāt trucidati: et ꝓtim captiuati. ꝓpter qđ subdit̄. Defecit gaudiū cordis nr̄i dē. ⁊ ꝓz lra. a Cecidit. Hic ꝓnter explicat miseriā ex destructōne regni: cū dī. Cecidit corona. ⁊ subdit̄ cā. b Ve no. quia pec. quasi diceret. hoc malū et alia ꝓpter peccata nostra incurrimus. c Ideo conte. sūt oculi no. ex ꝓtinuo fletu. Consequenter explicat miseriam ex destructōne templi cum dī. d Propter mō. syon. i. ꝓpē templū in monte syon edificatū. e Vulpes am. i eo. i. i ruinis templi qz solēt bitare in locis deserti. f Tu aūt dñe. pma. ineter. dē q. v. licet templū sit destructū qđ dicebat sedes tua: eo q̄ ibi erat ꝓpiatoriū: tn̄ remāet firmū solū tuū in celo vbi principaliter relucet tuū dominiū: ⁊ iō quertit se hieremias ad implorandū dei misericordiā dicēs. g Quare imperpe. obli. no. dē. q. v. nō decet tuā clemētiā: iō subdit̄. b Conuer. nos dñe. ad te ⁊ conuer. qz debita ꝓuersio liberi arbitrij ad deū: ꝓ supꝺit institutū dei: q̄ dicit̄ gra ꝓueniēs. i Innoua dies no. sic a principio. qz in mirabilib⁹ tuis introduxisti nos in eraz ꝓmissionis. k Sed ꝓiici. repu: nos i captiuitatē eā dicendo. l Ira. es cō. no. de. punien⁹

vltra id qđ possumus sustinere: licet hec pena nō excedat ordinem iusticie. q. d. respice nos oculo pietatis ⁊ miseri-cordie: qz tibi ꝓprium ē misereri ⁊ ꝑcere: q̄ viuis ⁊ regnas deus in secula seculoꝝ Amen.

Incipiunt additiones pauli burgē. suo libro Trenoꝝ Hieremie. In ca. j. vbi dicit in postil. Quō sedet.

Additio.

Licet liber iste ꝓpetenter exponatur ad planū lite-re sensum a postillatore: tñ magister petrus aure-oli notabilius videt illum exponere in quodam ꝓpendio sacre scripture: ⁊ qz illud ꝓpendium non habet ꝓmuniter: ideo de hoc nō me expedio remittēdo ad ipm. sed suā expositiōez interposui inter additōnes: licet non eam ponendo oino sub ꝓprijs verbis: ꝑ q̄ncq; aliqđ mo-dicū mutando addēdo seu diminuendo, put visuz fuerit Et notandū q̄ in hac expositōne nō ꝓceditur ad singula verba litere exponenda: sed soluz ad principale intentū cuiuslibet versus: relictis alijs industrie studentis: tuz qz liber iste metrice ꝓcedit vt postillator dicit. ⁊ ꝓmuniter tenet in ꝓcessu aūt metrico nō singula verba sunt pōde-randa. sepe em eadē replicat auctor vl alia introducit ꝓ ut metrico modo ꝓgruit. ꝑ illa tm sunt exponenda q̄ ꝓn-cipaliter intendunt: tū qz illa q̄ in hac expōne relinquūt ꝑt baberi ex postilla suo modo ꝓut ad ꝓpositū ptinent exponenda. Primo ḡ sm p̄dictū doctoꝝ liber iste in q̄n-q; ptes diuidit. In quaꝝ prima ꝓpheta principaliter la-mentat destructōez ciuitatis irlm: que quidez ps ptinet in primo ca. alphabetico. Qđ incipit. Quō sedet ꝛc. In scđa lamentat principaliter destructōez totius ꝓpli isra-el ⁊ totius regni. que incipit in scđo ca. Quō obtexit. In tercio ꝑo more ꝓphetico ꝓuertit se ad xpm ⁊ lamentatur de seipso quasi induens ꝓsonam christi: qua ratōne autē hoc sit hic introductū dicetur in ꝓncipio tercie partis q̄ incipit tercio capitulo: ibi. Ego vir videns. In quarta autem parte lamentat principaliter de destructōne san-ctuarij ⁊ templi: que incipit in quarto capitulo: ibi. Quo modo obscuratū est aurum. In quinta aūt parte fundit oratōnem imploratiuam ad diuinā misericordiā ꝓuoca-candaz que incipit in quinto capitulo: ibi. Recordare do-mine. Primū ergo capitulū qđ principaliter refert ad ci-uitatem bierusalē: que erat caput regni: diuidit in duas ptes principales. Primo nanq; ꝓpheta admirando lam-tatur destructōez irlm: quasi loquens ad seipsum. Scđo ꝑo ipsamet ciuitas lamentat seipsam quasi ꝓuocando alios ad ꝓpatiendum sibi. Scđa incipit in. xŋ. versu vbi dicit. O vos oēs qui transitis p viā ꝛc. Prima ps con-tinet. xj. versus �somm. xj. excellētias ciuitatis irlm sup q̄ruz amissione desolabiliter biere. eaz lamentat. Excessit nāq; ciuitas irlm alias ciuitates in auctoritate. qz multis ciui-tatibus ⁊ terris dñabat saltez tpe dauid ⁊ salomonis qđ deplorat in primo versiculo dicens. Quō sedet sola ꝛc. et sequit. Princeps ꝓuinciaꝝ facta est sub tributo. Excel-sit etiā in leticia ⁊ iocunditate maxime tpe p̄dictoꝝ regū: quod deplorat in scđo versiculo dicens. Plorans ploza-uit: ⁊ sequit. Non est qui consoletur eam. Tercio excel-sit in securitate: ita vt de alijs terris ad eā ꝓuenirēt ꝓpter securitatem: que excellentia videtur sequi ad p̄dictas du-as: que quidem excellentia deplorat in tercio versiculo vbi dicit. Migrauit iudas ꝓpter afflictōez: et sequit. Oēs ꝑsecutores eius apprehenderūt eā. Excessit quarto in so-lennitatib⁹ ⁊ celebritatib⁹ diuinis: qz ter in anno debebat populus ꝓuenire in bierusalem ad celebranda diuina fe-sta: quod deplorat in quarto versiculo dicēdo. Uie syon lugent: eo q̄ non sint qui veniant ad solennitatem. Excel-sit quinto in pace et tranquillitate: quia licet tantus po-pulus ibi concurreret presertim in predictis festis: tamē erat inter eos tranquillitas pacifica: vt patz tempore sa-lomonis: quod deplorat in quinto versiculo dicens. Fa-cti sunt hostes eius in capite. Excessit sexto in fortitudi-ne militum ⁊ ꝓbitate vt ꝑz ꝑsertim tempe dauid. qđ ad magnū decorē ꝓlicie ptinet: dez. ii. sm legistas in pa-tria maiestatē armis decoratam: qđ deplorat in. vj. versiculo. d. Egressus ē a filia syon ois decor ei⁹: facti sūt ꝓncipes ei⁹ velut arietes ꝛc. et sequit. Et abierūt absq; fortitudine. Excessit septio in multiplici ꝓsperitate ⁊ diui tiaꝝ copiositate: erat em tpe salomonis copia auri et argēti q̄si ferri: vtz in. iij. Reg. qđ deplorat in septimo versiculo. d. Et recordata est irlm dierū afflictōis sue In hebreo hr. Dierū pauptatis sue. ⁊ sequit. Et oim desiderabiliū suoꝝ ꝛc. Excessit octauo in laudis p̄co-nio ⁊ famositate: nosabat em in cūctis regnis: ita vt re-gina saba veniret de finib⁹ terre audire sapiam Salo monis: qđ deplorat in octauo versiculo. d. Peccatum peccauit irlm. ⁊ sequit. Oēs q̄ glificabāt eā spreuerūt eaz. Excessit nono in pulcritudine ⁊ formositate: erat em pulcerrime edificata: qđ deplorat i nono versiculo dicēs. Sordes ei⁹ in pedib⁹ ei⁹. ⁊ sequit. Deposita est vehemēter. i. deformata. Excessit decimo in ceremoni-aꝝ sctitate: ita vt nō ꝓmitteret alios gentilis ingredi infra templū: qđ deplorat in decimo versiculo. d. Ma-num suā misit hostis. ⁊ sequit. Uidit gentes ingressas sanctuariū suū de q̄b⁹ ꝑceperas ne intrarēt in eccliaz tu-am. Excessit vndecimo in copia panis ⁊ saturitate. ꝓ ut in multis locis sacre scripture illa terza ꝓmendat. qđ deplorat in vndecio versiculo. d. Omis ꝓpls ei⁹ gemēs et querens panē. Deinde incipit scđa ps principalis lam-tatiōis b⁹ primi capituli. in q̄ postq; ꝓpha lamentat⁹ est ciuitatē destructā: introducit ciuitatē lamentantez seipam. ⁊ incipit. xŋ. versu. s. ibi. O vos oēs ꝛc. ibi em loquit ciuitas inuocās alios ad sibi ꝓpatiendū. q̄ ps diuidit in quatuor ptes principales. Primo nāq; la-mentat immensitatē sue miserie: ⁊ hoc in quatuor pri-mis versiculis sub similitudine quatuor modoꝝ hoim qui ꝓsueuerūt spolia spoliare. Dicit em in primo versicu lo dñm se habuisse ad ipaz instar vindemiatoris q̄ ni-hil in vinea relinquit: de quo dicit. O vos oēs q̄ trāsi-tis p viam. ⁊ sequit. Quoniā vindemiauit me vt lo-cutus est dominus. In secundo dicit deum se habuisse ad ipam ad instar incendiarij ⁊ venatoris. incendiari-us enim ꝓsueuit totuz comburere: ⁊ venator quicquid capit in rhetimactare seu occidere: ⁊ de hoc dicit in se-quenti versu. De excelso misit ignem in ossib⁹ meis et sic incendiarius. Expandit rhete pedib⁹ meis. ⁊ sic ve-nator. In tercio dicit deuz se habuisse ad ipam ad in-star ligantis captum per manum ⁊ collum: sic q̄ nul-lo modo possit euadere de quo dicit in sequēti versicu-lo. Uigilauit iugum iniquitatum meaꝝ in manu eius ꝓuolute sunt et imposite collo meo. ⁊ sequitur. Dedit me dominus in manu de qua non potero surgere. In quarto dicit deum se habuisse ad ipsam ad modū cal-cantis in torculari qui nullum humorem relinquit in vua. de quo dicit in sequenti versiculo. Abstulit oēs magnificos meos dominus ꝛc. Torcular calcauit do-minus ꝛc. ⁊ sic sub quatuor metaphoris predictis: la-mentata est sue miserie magnitudinez. In secūda ꝑo parte lamentatur super implacabilitate diuine iracū die: et hoc in duobus versiculis. In primo nanq; oñ-dit q̄ ipsa non potest deum placare lachrymis oculo-rum dicens. Idcirco ego plorans ⁊ oculus meus de-ducens aquas ꝛc. In secūdo ꝑo ostendit q̄ nō potest deum placare gestibus manuum aut signis deuotiōis quorumcunq; dicens. Expandit manus suas syon et non est qui consoletur eam. ⁊ sic lamentatur super im placabilitate diuine iracundie: cum tamen consueuis set alis sibi deum placabilem inuenire: prout patet in multis sacre scripture locis. In tercia ꝑo parte lamē tando profitetur istud prouenire ex rectitudine diui ne iusticie: de quo dicit iustus est dom⁹: quia os eius ad iracundiam prouocaui. ⁊ durat pars ista p tres ꝑ-siculos. In primo em ꝓfitet deū nō fuisse iniustū i captiuitate quā inflixit iudeis a irlm exeuntibus: de quo dicit. Iuuenes mei ⁊ virgines mee abierunt in capti-uitatez. In scđo ꝓfitetur q̄ deus non fuit iniustus in

fame quã inflixit remanentibus: de q̃ dicit. Voca uſq; amicos meos ꝛc̃. Sacerdotes mei ⁊ ſenes mei in vrbe ꝓſumpti ſũt ꝛc̃. In tercio ꝓhibet q̃ nec fuit iniuſtus in mortẽ et gladio. q̃ inflixit oibus taꝫ iſtis q̃m illis: ꝺ quo dicit. Vide dñe qm̃ tribulor. ⁊ ſequit̃. Foris interficit gladi⁹ et domi mors. In quarta vo ꝓte ⁊ vltima lamẽtãdo p̃ſtolat̃ vulcorẽ diuine clemẽtie et remediũ ꝓſolatõnis future: et cõtinetur ꝑs illa in duobus verſiculis vltimis. In primo nanq; aperit inimicoꝝ incõpaſſionez reſpectu ſui: ⁊ p̃nũciat tibi diuinã ꝓſolatõez ex aduerſarioꝝ afflictõne futura: de q̃ dicit. Audierũt q; ingemiſco ꝛc̃. et ſequit̃. Adduxiſti. i. adduces. Diem ꝓſolatõnis ⁊ fiẽt ſimiles mibi. In ſcõo vo petit futurã punitõez ſuper inimicos ex demeritis eoꝝ ad ſuam futuram ꝓſolationem de quo dicit: Ingrediat̃ omne malum eoꝝ coꝝaꝫ te ⁊ vendemia eos ſicut vindemiaſti me.

In capitulo. ij. Quomodo obtexit me.

Additio.

In hoc capitulo ꝓpha lamentat̃ deſtructõez totius terre iſrael ⁊ totiꝰ regni: et diuidit̃ in quatuor ꝑtes: primo nanq; lamẽtãdo loquit̃ ad ſeip̃m: ſecũdo vo lamentando dirigit ſermonẽ ſuũ ad terrã iſrael et ad ip̃m regnũ: ibi. Cui ꝓphabo te: tercio dat ſup hoc ſalubre ꝓſiliũ: ibi. Clamauit coꝝ eius ad dñm: quarto texit deuotũ oraculum ad deũ: ibi. Vide dñe. Prima pars in qua lamentat̃ loquendo ad ſe diuidit̃ in duodecim ꝑtes ꝑm duodecim infelicitates que venerũt ſup regnũ illud oppoſitas duodecim excellentijs quas prius habuerat. Exceſſit nanq; illud regnũ alia regna primo in ſolennitate bonoꝝ. vnde Deu. xxviij. Faciet te dñs deꝰ tuus excelſiorem cunctis gentibus terre. et ibidẽ. Eris ſemp ſupra et nõ ſubter ſup hoc ergo in primo verſiculo lamentatur dicens. Quõ obtexit caligine. ſ. tribulatõnis. Filiã ſyon. i. totam terram et regnũ: et ſequit̃. Proiecit de celo in terrã indytaz iſrael. Scõo vo exceſſerat ⁊ regna alia q̃tum ad nobilitatẽ et dignitatẽ principuz: quia ſtirps dauid que regnabat in iſrael fuit ſanctiſſima. ſup quo i ſecũdo verſu lamentat̃ ꝓpheta dicẽs. Precipitauit dñs nec pepcit: ſequit̃. Polluit regnũ et principes eiꝰ. Tercio vo exceſſerat q̃tum ad robur militum et robur pugnatoꝝ: vnde fuerat regnũ fortiſſimũ ſicut coꝝnu ſup quo lamentat̃ ꝓpheta in verſu tercio dicẽs. Confregit in ira furoris ſui oẽm coꝝnu iſrael. Quarto vo exceſſerat q̃tũ ad venuſtatem arboꝝ ⁊ pulcritudinẽ terrenaſcentium: vnde erat terra nemoroſa: ad videndũ pulcerrima: ſup quo lamentat̃ ꝓpheta in quarto verſu dicens. Tetendit arcũ ſuũ q̃ſi inimicꝰ occidit oẽm qd̃ pulcerrimuz erat viſu. Quinto exceſſerat q̃tum ad vrbes munitas ⁊ multiplex fortalicium quod erat in toto regno iſrl̃ et in multis locis terre ꝑ miſſionis: vtz ex libris paralip. ⁊ Regũ. ſup quo in verſu quinto lamentat̃ dicens. Factus eſt dñs velut inimicꝰ ꝓcipitauit iſrael. Precipitauit oia menia eius: diſſipauit munitõnes eius. Sexto exceſſerat q̃tum ad locũ ſacruz et dei tabernaculũ quod fuerat in ipo regno: aliquãdo in ſylo: aliquando in maſpbat: ⁊ demũ in irũn: ſup quo in ſexto verſu lamentat̃ dicẽs. Et diſſipauit quaſi hortũ tentorium ſuum: demolitus eſt tabernaculũ ſuuz. Septimo vo exceſſerat q̃tũ ad dei altare et multiplex ſacrificiuz: ꝑ quod filij iſrael ex precepto diuino priꝰ habuerant ſacrificare: ſup quo lamentat̃ in verſu ſeptimo dicẽs. Repulit dominus altare ſuum: maledixit ſanctificatõni ſue. Octauo exceſſerat q̃tum ad vrbem principalem que erat metropolis ⁊ regni ſolium: que quidẽ ciuitas erat valde notabilis in muris ⁊ munitõnibus: ſuper quo lamentatur in octauo verſu dicẽs. Cogitauit dñs diſſipare murũ filie ſyon. ſequit̃. Luritq; antemurale: ⁊ murꝰ eiꝰ piter diſſipatus eſt. Nono exceſſerat q̃tum ad cetum boim ſapientia diuina et ꝓphetia preditũ nullũ em̃ aliud regnum recepe rat legem dei. aut habuerat ꝓphetas dei viſiones videtes ſup quo lamentat̃ in nono verſu dicens. Defixe ſunt in terra porte eius. qz in portis ſedebant iudices ⁊ legis doctores Deu. xvij. ca. ⁊ ſequit̃. Reges eiꝰ et principes eius inter gentes. Non eſt lex nec ꝓphete. Decimo exceſſerat q̃tum ad ꝓpin honore ⁊ reuerentia dignũ. qz in nullo regno erãt tales ſenes aut tales virgines in vtroq; ſexu: ⁊ q̃ ad ſanctitatẽ et oẽm virtutẽ: ⁊ quo ad alias cõditõnes reuerentia dignas: ſup quo lamentat̃ in decimo verſu dicens. Sederunt in terra conticuerunt ſenes: abiecerũt in terra capita ſua virgines iuda. Undecimo vo exceſſerat q̃tuz ad numerũ paruuloꝝ ⁊ multitudinẽ infantiũ: quia deus multiplicabat ſemẽ filiorum iſrael pl⁹ q̃ alioꝝ nationũ: vñ in egypto fuerunt ſatis in breui tpe multiplicati: ſup hoc vero ꝓpha i verſu vndecimo lamentat̃ plorans defectiõez paruulorũ ⁊ lactentiũ dicẽs. Defecerũt p̃ lachrymis oculi mei. ſequit̃. Cum deficeret puulus ⁊ lactens in plateis oppidi. Duodecimo vero exceſſerat cetera regna in abundantia victualiũ: ⁊ hoc q̃tum ad vitaz diuturnã: vñ nõ abbreuiabant̃ boies paſſim in pueritia aut adoleſcẽtia: ſ puenjebãt ad pfectã etatẽ ⁊ erat vna bñdictõ inẽ filios iſrl̃ q̃ videbãt filios filioꝝ ſuoꝝ ſup quo laſſatur ꝓpheta verſu. xij. dicẽs. Matribus ſuis dixerũt vbi ẽ vinũ ⁊ triticũ. ſequit̃. Cũ exalarẽt aias i ſinu matrũ ſuaꝝ. Deinde ſequit̃ ꝑs ſcda ꝑncipalis in q̃ ꝓpha lamentũ ſuũ dirigit ad terrã iſrael: ⁊ ad regnũ: ad alloquendũ ip̃m: ac ponẽdo p̃ oculis q̃nq;: ⁊ ꝑm hanc ꝑs iſta ꝓtinet q̃nq; verſus. Primo nanq; p̃ oculis ponit ipſi regno vt ꝓſideret magnitudinẽ ſue pene ⁊ ſue miſerie et hoc in verſu. xiij. dicẽs. Cui ꝓphabo te: vel cui aſſimilabo te filia hierl̃m: magna eſt velut mare contritio tua: quis medẽbit̃ tui. Secõo ponit̃ p̃ oculis ⁊ ſibi ingerit originẽ ſue culpe ⁊ ſue malicie: que origo fuerat ex hoc q̃ ꝓphete nõ aperuerũt filijs iſrael ſuam iniquitatem vt eos ad penitentiã ꝓuocarẽt: ⁊ hoc facit in verſiculo xiiij. dicens. Prophete tui viderunt tibi falſa. Tercõ vo ponit p̃ oculis incõpaſſionez totiꝰ vicinie r gentiuz ꝓpinquaꝝ: hec eſt em̃ vna magna cauſa doloris exñti in miſeria dum nõ inuenit aliquez qui ſibi ꝓpatiat̃ et hoc facit in verſu. xv. dicens. Plauſerũt ſup te manibus ſuis omnes tranſeuntes p viam: ſibilauerũt ⁊ mouerũt capita ſua. Quarto vo ponit p̃ oculis ⁊ ſibi ingerit exultatõez ⁊ gaudiũ gentis aduerſarie ⁊ natõis ſibinuicẽ: q̃ ẽ magna cã doloris. dñ. ſ. aliq̃s inimicuz videt i gaudio: ⁊ hoc facit in verſu. xvj. dicẽs. Aperuerũt ſup te os ſuũ oẽs inimici tui dixerũt. Devorabim⁹. Ecce iſte ẽ dies quã expectabam⁹. Quinto ponit p̃ oculis ⁊ ingerit hoc nõ eẽ factũ a casu: imo ꝑm p̃finitõnem iuſte dei ſnie ⁊ hoc in verſu. xij. dicens. Fecit dñs q̃ cogitauit ꝓpleuit ſermonẽ ſuũ quẽ p̃ceperat a diebus antiquis Deinde ſequit̃ tercia ꝑs in q̃ ꝓpha p⁹ lamentũ dat ſalutare remediũ et ſalubre ꝓſiliũ: vnec ei recurrere ad deũ p ſex. Docet em̃ prio orare et clamare: ſcõo plorare: tercio plorando pſeuerare. q̃rto in oratione etiã i nocte vigilare: q̃nto coꝝ ſuũ humiliare: ⁊ ſicut aquã effundere: ſexto elevatõez manuuz et alijs geſtib⁹ ip̃m placare: et hoc facit in duob⁹ verſibus. ſ. xviij. ⁊. xix. ꝑ primo nanq; dicit. Clamauit coꝝ eoꝝ ad dñz. ꝑ ſcõo die Deduc quaſi torrẽtẽ. lachrymas. ꝑ tercio dicit. Non des requiem. pro quarto. Conſurge ⁊ lauda in nocte. pro quinto. Effunde ſicut aquã coꝝ tuũ. pro ſexto. Leua ad eũ manus tuas. Deinde ſequitur pars quarta i qua ꝓpheta ponit oratõnis tertum: ⁊ texit oraculum deuotũ ad deũ. monuit em̃ filios iſrael ſicut deſolatos ad deum orandum: et ibi ponit oratõnem quam facere debent dicendo. Vide domine et conſidera. eſt aũt iſta oratio ſumme prouocatiua diuine miſericodie et tres cõtinet verſus. ſ. xx. et. xxj. ⁊. xxij. Nititur em̃ prouocare dei miſericordiam allegando ſuam magnificẽtiam: et vilitatez propriam: et hoc in principio verſus xx. dicens. Vide domine et conſidera quez vindemiaueris ita. quaſi diceret non decet tuam magnificentiã et excellentiam ꝑſequi me ſic vilem et impotentẽ. Secundo vo allegando infelicitatẽ multam iam ꝓeſſaz qd̃ ꝑz in hoc q̃ mr̃iaz comedit filios: ⁊ q̃ ꝓpheta ⁊ ſacerdos occiſi ſunt in ſanctuario: ⁊ q̃ nulli etati pepcit gladi⁹ ⁊ hoc facit ab ipo loco. Ergo ne comedẽt mulieres

fructū suū. vsq; in finez toti⁹ versus. xx. t incepit in versu. xxj. Tercio ꝺo allegando hostiū aduersariozuz immanitatē t malicīā vt magis deus ꝓpiari. t hoc facit in. xxij. versiculo: ibi. Vocasti quasi ad diez solennē qui terzerēt me de circuitu ⁊c. t sic finitur lamētatō scōa. Circa quā cōsiderandū ꝑm prędictū mgr̄m. q; hic fiat mentio de ciuitate irl̄m: tñ oīa q̄ in hoc capitulo ꝓtinent referenda sunt ad deplorationez totius regni israel cōi ita q; oīa q̄ dicunt de irl̄m dicunt de ea. in cuius tum erat ps principalis vel metropolis regni. Et ideo in ista lamentatione fit mentio de terra israel t de speciosis iacob: t de filiabus irl̄m. s. de ciuitatibus regni: que erant sicut filie. et irl̄m sicut mater.

¶ In capitulo. iij. Ego vir videns.

¶ Additio.

In hoc capitulo est tercia lamentatō: vbi ꝓphe ta postq; deplorauit destructōez irl̄m q̄ erat solium regni in primo ca. t deinde destructōnem totius regni israel in scōo capitulo: nunc in tercio incipit lamentari afflictionē suā pius in carcere positi t in lacu ꝓstituti: sicut habet Hiere. xx. et. xxviij. Vel potius t magis ꝓprie ad lr̄am deplorat passionē xp̄i. cuius memoria hic introducit: eo q; sicut inter oīa mentoria q̄ in irl̄m fuerūt acta: fuit summū passio xp̄i. sic inter omnia pcā que fuerūt in irl̄m materiali ꝓmissa. ꝓpter que irrepabiliter fuit destructa: occisio xp̄i summū tenet locū. Unde in fine huius tercie lamentatōnis ꝓducit punitōnem iudeoꝝ finalem: que etiam hodie durat dicens in fine. Persequeris in furore ⁊c. quaz quidē passionē in ꝑsona xp̄i deplorat in multis versiculis. In primo em lamentat de sua expoliatōne qua exuerūt eū vestimenta sua t nudauerūt sicut pauperez vnde incipit. Ego vir videns paupertatem meā. Scōo ꝺo lamentat de sua captione t allegatōne que fuit facta nocte coborte tribunis: vnde subdit. Me minauit t adduxit in tenebris et non in lucem. Tercio ꝺo lamentat de sua veratōne: qua p totam noctem in domo cayphe t anne fuit a iudeis verat⁹: vñ subdit. Tm̄ in me vertit t ꝓuertit manū suā. subdit etiā. Uetustā fecit pellem meā edificauit in gyro meo: in tenebrosis collocauit me. Quarto lamentat de sua acclauatione qua fuit conclauatus in cruce: vnde subdit. Circūedificauit aduersum me. vt non egrediar. aggrauauit cōpedē meū. Quinto ꝺo lamentat de sua acclamatione qua clamauit in cruce. t absq; exauditōne vt videbat cū subdit. Oz t cū clamauero t rogauero excludz orationē meā: ꝓclusit vias meas lapidib⁹ quadris. Sexto lamentat de sua illusione t blasphematōne de qua scriptum est. Pretereuntes blasphemabāt eū mouentes capita sua: t hoc facit cū subdit. Ursus insidians factus est mihi: posuit me quasi signū ad sagittam factus sum in derisum omni ꝑplo: canticuz eoꝝ tota die. Septimo lamentat de sua cibatione t potatōne ex vino mirrhato t mixto cū felle: vas em̄ fuit ei impositū plenū aceto: t hoc facit cū ait. Repleuit me amaritudinibus: inebriauit me absinthio. recordare absinthij mei t fellis. Octauo lamentat de sua solitudine in cruce t oim̄ desertōne excepto latrone: de cuius cōuersione agit cum dicit. Memoria memor ero: t tabescet i me anima mea. t sequit verbū christi ad latronem. Noui diluculo: multa est fides tua. et subdit verbum latronis. Pars mea dñs ꝓpterea expectabo eum. Nono lamentat de multiplici collaphizatōne cū ait. Dabit percutienti se maxillam: saturabit obprobriis. Decimo lamentat de lachrymarū effusione in cruce de qua dic apostolus ad hebreos. v. q; cuz lachrymis t clamore valido p̄ces' obtulit dro: et hoc facit cuz subdit. Oculus me⁹ afflict⁹ est. t sequitur. Diuisiones aquaꝝ deduxerunt oculi mei. Undecimo lamentat de morte t sepultura t lapidis obuolutōne ad ostium monumenti cū ait. Uenatōne ceperunt me quasi auem: lapsa est in lacum vita mea: t posuerūt lapidē sup me. Duodecimo lamentat de mulierum fletu et vlulatione: vñ ait. Inundauerūt aque sup caput meuz. Terciodecimo ꝺo agit de sua descensione ad lymbū cū dicit. Inuocaui nomen tuū de lacu nouissimo: vocem meam audisti. Quartodecimo agit de sua resurrectōe: ibi. Appropinquasti in die qñ inuocaui te. iudicasti dñe cām aie mee. Quintodecio agit de iudeoꝝ malicioſa machinatōne: qua p resurrectionez dederūt pecuniam militibus. vt dicerēt q; discipuli ei⁹ ipsis dormientib⁹ fuerūt ei⁹ corpus furati: et iō subdit. Uidisti dñe iniquitatē illoꝝ labia insurgentiū t meditationes aduersum me. Decimosexto ꝺo et vltimo agit de ꝓgrua iudeoꝝ punitōne ꝓpter illud pctm̄: et eoꝝ destructione et psecutōne quā hodie patiunt: vnde subdit in fine lamentatōnis. Persequeris in furore et ꝓteres eos sub celis dñe. In hoc lamentatio tercia finitur.

¶ In quarto capitulo. Quomodo obscuratum.

¶ Additio.

Sequit quarta lamentatio que incipit. Quomodo obscuratū ē aur. vbi postq; ꝓpheta deplorauit destructōez irl̄m q̄ caput erat regni: nūc deplorat destructōez templi t cultus diuini t sanctuarij. Est tñ notandū q; hic in qualibet lamētatōe tangat aliq̄d de destructione istoꝝ quatuor: tñ principalit intendit ꝓia lamētatio de primo. t scōa de scōo: et sic de alijs. Dividit ergo hāc lamentatio in tres ptes principales. Primo namq; ꝓpheta deplorat tēpli t cultꝰ diuini desolatōez. scōo ꝺo infert desolatōis cām: t inquirit t inuestigat rōnem i versu xij. q̄ incipit. Nō credidert reges terre. Tercō ꝺo cū gaudio prędicit t aspicit futurā ꝓsolatōez: in versu. xxij. q̄ incipit. Gaude t letare. Pria aūt ps in q̄ deplorat ꝓpha destructoez tēpli diuidit in q̄tuor ptes ꝑm q̄tuor q̄ ꝓsiderāda sē circa templū. Pōt enim prio ꝓsiderari ei⁹ apparat⁹ q̄ vestiebat. Nam. iij. Regū. vij. dr̄ q; nihil erat in tēplo qđ nō tegerēt auro: vbi etiā lapides' saltē in rōnali t vestib⁹ sacerdotū. Hūc apparatū deplorat ꝓpheta in prio versu dicens. Quō obscuratū est aurū t mutatus est color optimus. scōo ꝺo pōt ꝓsiderari circa templū comitatus t cetus qui ingrediebant ipm̄: t p quos frequentabat. Nā ingrediebant ipm̄ inclyti boies. qs deplorat in scōo versu ꝓpheta dicēs. Filij syon inclyti t amicti auro puro a's ꝓmo. Ingrediebant ipm̄ pie ac deuote mulieres: sup quibus deplorat i tercio versu ꝓpheta: q; verse sūt a similitudine lamiaꝝ que filios lactant in similitudinez crudelis struthionum: q; mulieres de irl̄m legunt comedisse filios suos tempore obsidionis: vnde subdit. Sed t lamie nudauerūt māmas suas. Ingrediebant etiā pueri et infantes quos deplorat in quarto versu dicēs. Adhesit lingua lactentis ad palatum eius in siti. Ingrediebant etiā delicioſi iuuenes t adolescētes qs deplorat in q̄nto versu dicēs. Qui vescebant voluptuose interierūt i vijs. Ingrediebant q̄nq; diuersi status boies t ꝓditōnis: quos oīs sub vna clausula generali p ꝓpatōez ad destructōez sodomoꝝ ꝓpheta deplorat in sexto versu dicēs. Et maior effecta est iniquitas ꝑpli mei peccato sodomoꝝ. Tercio pōt ꝓsiderari circa templū nazareoꝝ ritus t celebrat⁹ q̄ oblectabat: qui quidē nazarei describunt in pristina dignitate in versu septimo qui incipit. Candidiores nazarei ei⁹ niue. quos deplorat in versu octauo qui incipit. Denigrata est sup carbones. Deinde ꝺo ꝓcludit ex predicta calamitate quedam generalis snia in nono versu. Melior fuit occisis gladio q̄z interfectis fame. Deinde ꝺo illa sententia approbat ex facti euidentia t p locum a minori in decimo versu. Manus mulierū misericordiū coxerunt filios suos. Ex quo intēdit ꝓpheta ꝓbare q; melius fuit occis gladio q̄z interfectis fame. Quarto ꝺo pōt ꝓsiderari circa templuz ꝓstructura et totius fabrice status: q̄ in sublime erigebat: cui⁹ ꝓbustionē et destructionem vsq; ad fundamenta deplorat in vndecimo versu dicens. Cōpleuit dñs furorē suuz succēdit ignē in syon et deuorauit fundamēta eius: et sic finit ꝓpria ps principalis quarte lamentatōnis Est aūt sciendū q; hic aliqualiter possit exponi q; in ista lamentatione p̄dictū est de ꝓbustione templi que facta ē p chaldeos t p nabuzardā principē militie nabuchodonosor imp̄ante: magis tñ clare t lr̄aliter exponi hz ꝺ destru

etione facta ꝑ romanos sub tyto et vespasiano: qꝝ in obsidione romanoꝝ leguñ mlieres misericordes cotisse filios suos ⁊ boies extabuisse ꝑ famem ⁊ cetera q̄ ꝫ dicunt: q̄ tñ nō leguñ facta in obsidione irlm ꝑ chaldeos. Deinde sequit ps scda principalis in q̄ ꝓpheta inuestigat ⁊ narrat desolatōis templi cām ⁊ rōnem: q̄ incipit versu. xij. Nō crediderūt reges terre. vbi ꝓpha oñdit hāc desolatōez anteq̄ fieret fuisse vniuersis gentibus incredibilē. et hoc versu. xij. ait. Nō crediderūt vniuersi habitatores orbis: qm̄ ingredereť hostis portas irlm. Icirco vo ostendit eandē desolatōez postmodū visaz eisdem gētib⁹ iustā ⁊ rōnabilem ꝓpter tres causas. Prima effusio sanguinis innocentis ⁊ iusti: qꝝ sacerdotes ⁊ falsi ꝓphete interfecerūt zachariā esaiaz ⁊ multos alios ꝓphetas irl: ⁊ hāc cām hieremias describit in versu. xiij. q̄ incipit. Propter peccata ꝓphetaꝝ ⁊ iniquitates sacerdotū. ⁊ in versu. xiiij. q̄ incipit. Errauerūt ceci polluti sunt sanguie. ꝑ quā cām introducit clamorē oim gentiū ⁊ nationū ꝓtra habitatoēs irlm in versu. xv. Recedite polluti. clamauerūt eis recedite rē. Et in versu. xvj. Facies dñi diuisit eos. Secunda vo cā q̄re rōnabilis fuit templi desolatio fuit ꝑ stolatio alteri⁹ auxilij q̄z dei: cū. n. nabucho. obsideret ciuitatē sedechias ⁊ ꝓcs ad auxiliū dñi debuissent recurrisse ⁊ poti⁹ recurrerūt ad auxiliū regis ꝓharaois ꝓpter qđ dñs tradidit eos in man⁹ nabuch. q̄ templuz destruxit ⁊ bmōi cā tangit in versu. xvij. q̄ incipit. Cū adhuc subsisterem⁹ defecerūt oculi nri ad auxiliū nostruz vanuz: cū respicerem⁹ attenti ad gentē q̄ saluare nos non poterat. In versu. xviij. describit q̄liter ipsis sic ꝑstolantib⁹: egyptijs nō venientib⁹: finis venit obsidionis eoꝝ et capti sunt. vñ incipit vsus ille. Lubricauerūt vestigia nra. In versu vo. xix. oñdit q̄ nec potuerūt fugientes de ciuitate quemre vsq̄ in egyptum vñ subdit. Velociores fuerunt ꝑsecutores nri aquilis celi. Tercia vo cā desolatōis templi fuit mors ⁊ infectio ibu xpi ℈ tangit in versu. xx. q̄ incipit. Spūs oris nri xp̄c dñs capt⁹ ē in peccatis nris. q̄uis em̄ alicui⁹ iudeoꝝ intelligūt hūc versiculuz de iosia q̄ interfect⁹ ē a ꝓharaone necbao. alij vo de sedechia q̄ egressus de ciuitate voluit fugere in egyptū: quē ꝑsecutus est chaldeoꝝ exercitus et ꝓprehendit in deserto biericho: tñ nō pōt intelligi ad lr̄am de illis: cum quilibet istoꝝ captus fuit in pctis suis. Iosias quidē: qꝝ non obediuit vero ꝓphete ex ore dñi. vt dicit in libro esdre. Sedechias autem: qꝝ nō obediuit verbis hieremie: nec seruauit iuramentū q̄ se astrinxerat cū rege chaldeoꝝ Et idcirco dr̄ aliter non posse ista intelligi nisi ꝺ dño iesu xp̄o: vnde que dicunt a. xij. versu: ⁊ deinceps habent referri ad mortem eius in quam ꝓspirauerūt. scz sacerdotes ⁊ ꝓphete: hoc ē legis doctores ⁊ scribe: vnde etiam de iudeis verificatur post mortem christi ꝑfatus versus qui dicit. Facies domini diuisit eos: non addet vt respiciat eos. Post captiuitatē em̄ chaldeorū de⁹ respexit eos ⁊ in terrā suā reduxit: ꝑ post mortē christi respexit eos: sicut ē hodie. Item si hñ attendātur p̄dicta verba. s. Spūs oris nostri xp̄c: proprie intelliguntur de christo: qui ꝑm diuinaz naturā inspirauit in faciē primi hominis spiraculū vite: Gen̄. cap. ij. qꝺ ptinet ad esse nature hois. De ipso etiā legit Jo. capi. xx. Insufflauit in eos dicens. Accipite spiritum sanctuz. quod ptinet ad esse gratie: ⁊ sic ꝑm predictas considerationes proprie dicit de christo deo ⁊ homie Spiritus oris nostri. nō aūt de aliquo alio puro homie Item qꝺ sequit. Gaude et letare filia edom. ꝓpter videt intelligendū de illa idumea que est synagoga iudeoꝝ ꝓcurantiū mortem christi ꝓut fuit declaratum in additōne supra esaiā. xxxiij. de illa em̄ potest intelligi qꝺ in litera dicit. Que habitas in terra bus ꝛc. bus enim interpretatur ꝓsilium. vnde de ista idumea dicitur ℈. Esaie. xxxiij. ca. ꝙ consilium iniuit contra christum. Si em̄ in hoc loco idumea intelligereť de illa q̄ descendit ab esau ꝑm carnē: ⁊ bus de illa natōne q̄ descendit a nachor: sic falsum esset dicere ꝙ idumea habitabat in terra bus: nam idumea ⁊ bus sunt diuerse natōes in diuersis regionib⁹ habitātes. Deinde sequitur tercia pars et vltima istius lamentatōnis in qua ꝓpheta aspicit ⁊ predicit futuram ꝺsolatōez de quersione iudeoꝝ postq̄ introibit plenitudo: vel de reditu eoꝝ de captiuitate babylonica. Et primo ironice loquitur ꝺtra nationes vicinas ⁊ idumeos dicens: versu. xxj. Gaude ⁊ letare filia edom que habitas in terra bus. quod intelligitur ꝑ antiphrasim ⁊ quandā ironiam. Secundo vo consolatur iudeos: vel de regressione de captiuitate babylonis: vel potius ⁊ literalius de quersione eoꝝ ad fidem die su christi: que erit in fine seculi: ⁊ hoc in versu. xxij. ⁊ vlti. Completa est iniquitas tua filia syon: non addet vltra vt transmigret te. Constat em̄ ꝙ ad literā hoc intelligi non pōt de captiuitate babylonica. Judei enim de hac reuersi captiuati sunt ꝑ romanos ⁊ transmigrati ⁊ dispersi: ⁊ ꝓpter hoc referenda sunt hec ad finē seculi sicut dictuz est. Et in hoc lamentatio quarta finitur.

In ca. v. Recordare. Additio.

Ultimo sequitur oratio hieremie ꝓphete ꝑ populo transmigrato: ⁊ diuidit in octo partes ꝓncipales. In prima nanq̄ ad modū benedorantis ⁊ deuote: inuocat ad se ⁊ excitat diuinā miseratōez ⁊ pietatē dicēs. Recordare dñe q̄d acciderit nobis. Scdo vo narrat ⁊ referat suam vilitatē ⁊ infelicitatem ⁊ afflictiōez: et q̄tum ad amissionē possessionū dicens. Hereditas nra uersa est ad extraneos: ⁊ quo ad amissionē amicoꝝ subdens. Pupilli facti sumus absq̄ patre. ⁊ quo ad amissionem cibariorum addens. Aquam nram pecunia bibim⁹ et quo ad amissionem libertat⁊ subdens. Ceruicibus nostris minabimur. ⁊ quo ad parentes subdēs. Patres nostri peccauerūt et nō sunt. et quo ad amissionē potestat⁊ et auctoritatis subdens. Serui dñati sunt nostri. et q̄ ad amissionem pacis ⁊ securitatis addens. In manibus nostris. ⁊ quo ad amissionē pulcritudinis et sanitatis ꝺcludens. Pellis nostra q̄si diban⁹ cruста est. Tercio vo recitat aduersarioꝝ multiplicē iniquitatē ⁊ abusionē: qua abusi sunt in captiuitate: vt ex hoc deus magis ad misericordiam ꝓuocareť. ⁊ hoc facit ibi. Mulieres in syon humiliauerunt: ⁊ virgines in ciuitatibus iuda. deinde vo malitiam et crudelitatem subdens. Principes manu suspensi sunt facies senū nō erubuerūt. deinde vo ipsoꝝ nequitiā et feditatē subdens. Adolescentib⁹ impudice abusi sunt. Quarto vo ꝓpheta deplorat pristinam dignitatez ⁊ pristinam ꝺsolatōez. qꝝ et defecit sapientia et scientia: letitia et excellentia que ꝺsueuerant esse in hierusalē. q̄tum ad sapientiam dicit. Senes defecerūt de portis. q̄tum ad letitiam subdit. Juuenes de choro psallentiū. q̄tuz ad excellentiā ꝺcludit. Cecidit corona capitis nostri. Quinto vo ꝓpheta explicat suam iniquitatem et ꝺfitet iustā punitionem: ibi. Ve nobis qꝝ peccauimus: ꝓpterea mestuz factum est cor nostrum. Sexto vo laudat ⁊ p̄dicat diuinaz duratōnem: ibi. Tu aūt dñe in eternū pmanebis. Septimo vo implorat dei benignitatem ⁊ petit sui redit⁹ et sue quersionis accelerationem: reditus quidem vel de babylonica captiuitate in hierusalem: vel poti⁹ ⁊ melius de incredulitate ad iesu xp̄i fidem ⁊ hoc facit ibi. Quare imperpetuū obliuiscēris nostri. Sequit. Conuerte nos dñe ad te et quertemur. Octauo et vltimo intuet et cernit diuinam seueritatem: et ꝑ ꝺsequens aliqualem dilatōnem erauditōnis de hoc q̄ petit ita celeriter impleri ꝺcludēs. Sed ꝓiciens repulisti nos: iratus es ꝓtra nos vehemēter. et in hoc treni hieremie finiunt.

Explicīt additiones pauli episcopi burgen̄. sup libruz Trenoꝝ hieremie.

Vulgata editio ꝛc q̄ fit mentio in ꝓlogo super baruch eponit in ꝓlogo sup Ezech. cetera plana sūt. Incipit postil. fris nico. de lyra sr̄ baruch. Ca. j.

Et hec verba libri. Post libz thobie ꝑm ordinē tpis sequit liber baruch imediate: nā historia thobie ptigit tpibus ezechie regis iuda: vt oñsum est supra in ꝓncipio libri thobie: baruch aūt fuit notarius hieremie a tpe ioachim filij iosie: vt hēt hiere. xxxvj. ꝛ destructa hierl'm p chaldeos cū hieremia descendit in egyptū post interfectionē Godolie: hiere. xliij. ꝛ postea scripsit libz istū q̄tū ad aliam ptē cuius fuit auctor: q̄tū autez ad epl'am hieremie q̄ ponitur in hoc libro: cuius tm̄ nō fuit auctor: ꝑ tm̄ scriptor scripserat ante destructionem ciuitatis: vt videbitur infra dño ꝓcedente. Igitur liber iste in duas partes diuiditur. s. in libz baruch scribe: ꝛ in epl'am hieremie: quē incipit ca. vj. Prima diuidit in tres ptes: primo circa librum baruch ponitur descriptionis actus: secūdo legendi modus: ibi. Et legit baruch. tercio libri ꝓcessus: ibi. Et dicetis. Circa primū primo ponitur scriptoris genus cū dī. a Et hec verba libri q̄ scripserat baruch filius nerie ꝛc. ꝛ ꝑm regulam hebreoz pater paruch: ꝛ auus ꝛ ceteri q̄ ponunt hic babuerunt spm̄ ꝓphetie sicut ꝛ ipse: dicunt em̄ q̄ quando in principio alicuius ꝓphete ponitur nomen patris eius ꝛ aui ꝛ sic ascendendo ꝑ hoc dat intelligi q̄ spm̄ ꝓphecticum habuerūt. Sciendum etiā q̄ dictio copulatiua cū dī: Et hec verba libri ꝛc. copulat ad ꝓba hieremie q̄ baruch scripserat ante. secundo ponit descriptiōis locus cū dī. b In babylonia. Sed hoc videret alicui falsum: quia hiere. xliij. dī q̄ cū hieremia ꝛ aliis iudeis q̄ remanserant in iuda descendit in egyptū: ꝛ nō fuit in babylonia cū aliis captiuatis. Dicendū q̄ more tuo hieremia in egypto baruch iuit in babyloniam ad captiuorum consolationem: ꝛ maxime quia hieremias ꝓphetauerat egyptum cito destruēdam ꝑ nabuchdonosor regem babylonis: hiere. xliij. tercio ponit descriptionis tempus cū dicit. c In anno q̄nto. s. a destructione hierl'm ꝑ chaldeos: sic em̄ numerabāt iudei a tempe captiuitatis babylonice: sicut modo computant a tempe captiuitatis sue ꝑ romanos incipiendo a destructione hierl'm facta ꝑ Tytum ꝛ vespasianum. d Et in septima die mensis. nō dicitur hic quis mensis fuerit: ꝛ ideo dī q̄ fuerit primus mensis. d In tempe quo ceperūt chaldei hierl'm. i. a tempe illo vñ incipiebat iudeoz numeratio: vt dictū est. e Et legit. Hic ꝓsequenter ponit circa librū istum legēdi modus: ꝛ primo in babylonia: secundo in hierosolyma: ibi. Et collegerūt. Circa primū dicit: Et legit baruch verba libri huius ad aures iechonie ꝛc. Sed ꝓtra hoc videt q̄ iechonias iste erat in carcere regis babylonis: Dicendū q̄ nō erat in carcere clausus saltem ꝓtinue: eo q̄ esset nobilis ꝛ rex iuda vel si erat clausus nō tm̄ taliter q̄n baruch posset ad eū accedere: talis em̄ accessus frequenter ꝓcedit detentis in carcere. f Et ad aures vniuersi ꝓpli. s. iudaici in babylonē ducti. g Et ad aures potentū filioz regū. q̄ ducti fuerāt ibi alicq̄ de semine regio vt bī Dañ. j. ꝛ fuerūt i magna ptāte sicut ꝑz ex eodē libro de daniele ꝛ sociis eius. cetera patent vsq̄ ibi.

b Ad flumen sodi. i. iuxta flumē sic vocatū. sicut dicit hiere. xlvj. ca. Ad flumen eufraten victi sūt. i. iuxta flumen eufraten.

i Qui audientes plorabant. vt pnītentes de peccatis ꝓ quibus captiuati erant.

k Et ieunabant ꝛ orabant in ꝓspectu domini. affligēdo corpus ꝛ spiritū offerendo: vt sic eoz afflictionē dñs respiceret ꝛ captiuitatē relaxaret. l Et collegerūt. Hic consequenter describit lectio libri huius in hierl'm. Nam iudei habitantes in babylone fecerūt librum baruch transcribi: ꝛ miserunt in hierl'm: vt legeretur ibi: ꝛ cum hoc miserūt pecuniam vt inde emerent necessaria ꝓ sacrificijs ꝛ oblatiōibus ibidē fiendis ꝛ hoc est q̄d dī. Et collegerūt pecuniā. ꝛ patet lr̄a vsq̄ ibi. m Cum acciperent. Sciendum tamen q̄ hoc videt alicui falsum q̄d hic dictū est: q̄ oēs iudei qui erant in iudea interfecto godolia descenderunt in egyptū: vt dictū est supra: ꝛ ideo nō videt q̄ tūc in hierusalem fuerit ꝓpls iudaicus: nec sacerdotes sacrificia offerentes: ꝛ maxime: q̄ primo esdre. iij. dī q̄ zorobabel et alli q̄ redierūt de captiuitate babylonica erexerunt altare sup bases suas: ꝛ obtulerunt sup illud holocaustum dño q̄d fuit ꝑ longum tps post ista. ꝓpter q̄d videt q̄ a destructione ciuitat̄ ꝛ templi ꝑ chaldeos vsq̄ ad reditū captiuitatis babylonice nō fuit in hierusalem altare holocausti erectum: nec sacerdotes offerentes sacrificia: ꝓpter q̄ ꝛ ꝓsimilia liber iste apud hebreos apocryphus reputatur Potest tm̄ dici q̄ licet interfecto godolia quē rex babylonis ꝑfecerat terre iuda: totus ꝓpls iudaicus q̄ remanserat in iudea fugerit in egyptū timēs q̄ rex babylonis mitteret ꝓtra eū exercitū ad vindicandū mortez godolie: videns tm̄ q̄ postea q̄ nō mitteret: ꝛ audiēs hieremiā ꝓphetantem q̄ rex babylonis egyptū inuaderet: ꝑ magna ptē redijt in hierl'm ꝓpē loci sanctitatē: ꝛ inter redeūtes fuerunt aliqui sacerdotes quoz ꝓncipalis fuit ioachim hic noiatus: non tm̄ fuit filius sūmi sacerdotis: quia iosedech sūmus sacerdos cū sedechia rege fuit ductus in babylonē cui in sūmo sacerdotio successit iesus filius eius in reditu captiuitatis babylonice: vt patet. j. Esdre. iij. et zacharie. iij. ioachim aūt filius iesu ꝑm hystoriographos postea fuit summus sacerdos: ꝛ non est iste Joachim de que fit hic mentio: vnde dicitur hic: Joachim filium belchie: ad distinctionē alterius. Ad illud autem q̄d dicitur de erectione altaris post reditū captiuitatis babylonice

dicen dñ q̄ scriptura loquit̄ de solenni erectione post re-
ditū captiuitatis babylonice: tñ ante sacerdotes p̄dicto
mō redeūtes ereterāt altare quū ad sacrificandū dño p̄
ut poterant bono mō: sicut p̄uarche ꝛ ꝓbe frequenē le-
gunt altaria erexisse ad sacrificandū dño: Cū acciperent
vasa. H ē ꝓstructio
suspensiua ꝛ intri-
cata snia: p cuius
intellectu sciendū:
q̄ cū iechonia rege
iuda in babylonez
ducto: fuerūt vasa
tēpli domini aurea
trāsportata: p q̄b⁹
rex sedechias i reg
iude succedēs fecit
vasa argentea: q̄
nō poterat facere
aurea: sicut roboā
filius salomonis p
scutis aureis q̄ ab-
stulit Sesach rex
egypti: fecit scuta
erea. iij. Re. xiij. ꝛ
illa vasa argentea
captiuato sedechia
fuerūt in babylonē
portata: q̄ saltē p
parte redemerunt
iudei in babylonē
ducti ꝛ miserūt in
hierlim p cultu dei
cū pecunia p sacri
ficijs collecta vt di
ctū ē: ꝛ h̄ est q̄d dī,
m Cū accipet. s.
dictus ioachim sa-
cerdos. n Vasa
tēpli dō. q̄ abla. fu-
erāt. de tēplo sede-
chia rege capto.
o Reuocare in
terrā iuda. i. vt re-
mitterēt in hierlim
q̄ ē metropolis in
terra iuda.
p Decima die mē
sis syban. q̄ correspondet ptim maio ꝛ ptim iunio apud
nos ꝓut audit que fuerint illa cū dicit. q Vasa argē-
tea q̄ fecit sedechias ꝛc. ꝛ patet ex dictis hra vsq̄ ibi.
r Et orate p vita nabucho. ꝛc. ex eius em̄ pacifico sta-
tu dependebat pax terre babylonice: ꝛ p ꝓns pax iudeoꝝ
ibi translatoꝝ: ꝓpter q̄d petebāt orari p vita regis ꝛ filij
eius ꝑm monitionē biere. xxix. Orate p ciuitatē ad quā
transmigrati estis: q̄ in pace illius erit pax vra. s Ut
det dñs virtutē nobis. primo petierūt orari p bono statu
regni q̄d est magis cōe: postea p bono suo q̄d erat magis
spāle. t Et illūinet oculos nr̄os. in veritat cognitiōe.
v Ut viuamus sub vmbra nabuchodonosoꝝ. ex quo de
us ordinauit: nos in eius seruitutem redigere.
x Et seruiamus eis. s. humiliter obtemperantes volū-
tati diuine. y Et inueniamus gratiā in ꝓspectu eoꝝ.
vt nō cogant nos ydolatrare: s̄ p̄mittāt nos deo pacifice
deseruire. z Et p nobisipsis orate ꝛc. i. orate vt dimit
tat nobis peccata nostra. Consequenē subdit̄ de lectione
libri baruch cū dicit̄: Et legite librū istū ꝛc. a Recita
ri in tēplo dñi. licet em̄ templum esset cōbustum: remā-
serat tamen platea atrij in qua cōueniebant iudei ad orā
dum ꝛ audiendum verbum dei. b In die solenni. i.
in diebus solēnibus in quibus magis ꝓueniebat ꝓlus.
c Et dicetis. Postq̄ descriptus est circa librū baruch
legendi modus: hic ꝓsequenter describitur libri ꝓcessus
in q̄ ꝓmo ponit̄ būilis ꝛpcatio: secūdo vtilis informatio

in hierlim m cū accipent n vasa tēpli dñi q̄ ablata fuerāt
de tēplo o reuocare in terra z iuda p decima die mensis ly
ban: q vasa argētea q̄ fecit se
dechias filij iosie rex iuda
postea q̄s cepisset nabucho
donosoꝝ rex babylōis iecho
niā ꝛ ꝓncipes ꝛ cunctos po
tentes ꝛ ꝓlin terre ab hie-
rusalez ꝛ duxit eos vinctos
in babylonē. Et dixerunt.
Ecce misimus ad vos pecu
nias: de q̄b emite holocau
stomata ꝛ thus ꝛ facite mā
na: ꝛ offerte p pctō ad aras
dñi dei nr̄i r Et orate p vita
nabuchodonosoꝝ regis ba-
bylonis: ꝛ p vita balthasar
filij eius vt sint dies eoꝝ sic
dies celi sup terrā: s ꝛ vt det
dñs virtutē nob: t et illūinet
oculos nr̄os: v vt viuam⁹ sb
vmbra nabuchodonosoꝝ re
gis babylōis ꝛ sub vmbra
balthasar filij ei⁹. x ꝛ seruia-
m⁹ eis mltis diebꝫ: y ꝛ inue-
niam⁹ gr̄am in ꝓspectu eoꝝ

3 Et p nobisipsis orate ad
dñm deum nr̄m: q̄z peccaui
m⁹ dño deo nr̄o: ꝛ nō ē auer
sus furor eius a nob vsq̄ in
hunc diē. Et legite librum
istū quē misim⁹ ad vos⁸ re-
citari: i tēplo dñi b i die solē-
ni: ꝛ in die opportuno. Et di-
cetis. c Dño deo nr̄o iusticia
c nob ātē ꝓfusio faciei nr̄e f sic
est dies hec: g oī iuda b ꝛ ha-
bitāt̄ibꝫ i hierlim regibꝫ no-
stris k ꝛ ꝓncipibꝫ nr̄is ꝛ sacer
dotibꝫ nr̄is ꝛ ꝓphis nostris
ꝛ pr̄ibꝫ nr̄is m peccauimus
ante dñm deū nr̄m: n ꝛ nō cre-
dim⁹ o diffidētes in eū p ꝛ nō
fuim⁹ sbiectibiles illi: q ꝛ nō
audiuim⁹ vocē dñi dei nr̄i:
r vt ambularem⁹ in mādatis
eius q̄ dedit nobis. A die q̄
eduxit ꝓres nr̄os de tra egy
pti vsq̄ ad diē hāc s cram⁹ i-
credibiles ad dñm deū no-
str̄: t ꝛ dissipari recessim⁹ ne
audirem⁹ vocē ipi⁹. Et ad
heserūt nobis mlta mala f et
maledictiones q̄ constituit

Circa ꝑmū ponit
tur orantis būi-
liatio in duob⁹
primo confitēdo
priam culpam:
secūdo ꝓfitēdo
penā iuste illatā
in principio secun
di capū. Circa p̄
mū dicatur.
c Et dicetis. s
ba Baruch rec
tando.
d Dño deo no
stro iusticia. ē ei
iusticie regula.
e Nobis autē
ꝓfusio faciei nr̄e
in peccatoꝝ no-
stroꝝ ꝓfessione.
f Sicut ē dies
h. supple i māife
sta afflictōe pene
g Oīi iuda.
i. oīi iudeo de
regno iude. re-
gnū autē isrl̄ ca-
ptiuatuꝫ fuerat
p longū tps an̄.
b Et habitan
tibus in hierlim.
marie nam illā
obsederūt chal-
dei ꝛ cōbusserūt
populum ptim
occidentes: ꝛ p-
tim captiuātes

t Regibus no
stris. tres em̄ re-
ges successiue fu

rant confusibiliter tractati. nam ioachim filius iosie
fuit interfectus ꝛ extra hierusalem ꝓiectus: sicut p̄dix
erat hieremias. xxij. Sepultura asini sepelitur ꝛc. et
iechonias filius eius in babylonem ductus ꝛ incarce
ratus ꝛ sedechias eis succedens eroculatus: ꝛ in baby
lonem ductus: ꝛ ibidem ignominiose mortuus: sicut
dictum fuit abacuc. ij. k Et ꝓncipibus nostris ꝛ sa
cerdotibus nostris. qui fuerāt partim occisi ꝛ partim
capti. l Et ꝓphis nostris. s. falsis asserentibus hie-
rusalem a chaldeis nō esse capiendā potest etiam hoc
exponi de ꝓphetis veris: qui populi sui confusionem
suam reputabant. m Peccauimus ante dñm. li-
cet autem Baruch esset iustus ꝛ bonus. tamen con-
numerat se peccatoribus: eo q̄ erat de eodem populo
n Et nō credimus. ꝓphetis ipsius. o Diffiden-
tes in eū. i. de ꝓtectione ei⁹. p Et nō fuimus sub-
iectibiles. būiliter ei obediendo. q Et non audiui-
mus, verba eius respuendo. r Ut ambularemus
in mandatis eius. ad hoc enim data fuit lex in deserto
Exodi. xx. s Eramus incredibiles ad dñm. moy-
sen ꝛ alios seruos eius exasperando. t Et dissipa-
ti recessimus ꝛc. homines mali em̄ sunt in seipsis dissi-
pati: quia ratio trahit ad bonū ꝛ sensualitas ꝛ ꝓsuetu-
do peccandi ad oppositū: ꝑm q̄ deducit phylosophus
vij. ethicoꝝ. v Adheserūt nobis multa mala. cul
pe ꝛ pene. x Et maledictiones que constit. domi-

moysi: Deut. xxvij. z. xxviij. y Qui edu. pres nros de terra egypti: Exo. xiij. z Dare nobis terrā ꝛc. .i. ad dandū nob terrā bonā z fertilē. a Sicut hodier. die. supple apparet sup nos maledictio dei q̄ electi sumus inde. b Et nō audiuimus ꝛc. replicatio est eius qđ s. dictū est: sicut in oꝛonibus solet idē pluries ꝛplicari ad maiorē affectus expressionem: z idem fit etiaz in sequentibus.

c Operari dīs alienis. i. sacrificare eis.

d Facientes mala añ oculos dñi. q̄bus omnia nuda sunt z apta ad beb. iij. vl dicit. e Ante oculos dñi. qz tpe manasses regis iuda in templo dñi fuerunt ydola posita q̄bus ydolatre sacrificabant.

Caplm. ij.

a Propter qđ statuit dñs. i. firmiter disposuit. b Verbū suū. de iusta punitione peccatoꝝ.

c Qđ locutus est. p. moysen et alios ꝓphas.

d Ad nos z ad iudices nros ꝛc. ita q̄ nullus se excusare pōt de ignorantia.

e Ut adduceret dñs sup nos. iuste. f Mala magna q̄ non sunt facta sub celo in alia gente: quāto em̄ pctm̄ est grauius: tanto grauior debet esse pena. vlis aūt israel ꝓpter legē a deo sibi data z alia beneficia fuit in altiori statu q̄ ceteri populi: sicut dr ps. cxlvij. Non feci taliter omni nationi ꝛc. ꝓpter quod eius peccatum fuit grauius: quia quanto status altior: tanto casus grauior: iō fuit maiori pena dignū: g Ut manducaret homo carnes filij sui. Iz hoc nō legat esse factū. iij. Reg. z. ij. paralypo. in obsidione hierlm p chaldeos: tm̄ credendū est hoc fuisse factum: vt dicit hic ꝓpha baruch: qz nō oia sūt in illis libris scripta: z maxime qz idē legit factū. iij. Regū. vj in obsidione samarie: z in obsidione hierlm p rōanos sm̄ q̄ refert iosephus z alij hystoriographi. h Et dedit illos sub manu regū oim̄ ꝛc. sicut patz libro regum z iudicum in plurib⁹ locis. i In improperium z in desolationem. nam multa inferebant conuicia z grauia iudeis inter gentiles tpe captiuitatis.

k Dño deo nro iusticia ꝛc. exponat vt s. qz repetitio est eiusdē ad maiorē affectus expositionē. l Et nō sum⁹ dēpcati faciem dñi. frequenter em̄ legit in p̄dictis libris q̄ iudei p peccatis suis a deo pressi p penā: nō reuertebātur ad deū p pniam. m Et vigi. dñs in malis. i. pene iuste super nos adducendis.

n Que dedit añ faciē nostrā. i. dare z manifeste: ita q̄ nō possum⁹ nos excusare p ignorātiā. o Et nunc dñe. Postq̄z posita est oratis būilia tio: hic cōsequenter ponit humiliātis se dēpcatio: z diuiditur in tres ptes qz p̄mo in oꝛone allegat dei magnificentia. secūdo oratis ꝓpli penitentia: ibi. Respice dñe. tercio diuini cult⁹ ignominia: ibi. Et posuisti tēplū. Circa p̄mū sciendū q̄ sicut dr. iij. ethyco. Magnificus inclinat ad dandum q̄ petitur. añ bñficia p⁹ p̄stita p eū allegant. z ideo b allegant bñficia a deo p̄stita ꝓpło isrl in exitu de egypto: cum dicit.

o Et nūc dñe de⁹ isrl. licz em̄ esset deus oim̄ p creatiōnē. dicebat tm̄ de⁹ isrl p cultū spāl em p Qui edu. ꝓpli tui de ter. egypti. de qua p se nō poterat egredi.

q In manu valida. i. in potestate magna.

r Et in signis. q̄z tū ad mirora mirabilia. s Et in p digiis. q̄z tū ad maiora. vnde dr. p digitū dei ipse scripsit a digito cuiusmodi ē miraculū raro visū. t Et in virtute tua magna ꝛc. sicut p⁹ in diuisione rubri maris z in multis alijs ꝓpło isrl exhibit. v Et fecisti tibi nomē. p b em̄ diuulgatū fuit nomen dñi p orbē. r Sicut est. i. dies iste. i. sicut pñs tps manifestat p scripturas canonicas de istis memoriā facientes. y Peccauimus. in nosmetipsos. z Impie egimus erga deū. a Iniq̄ gessi. erga ꝓximū. b Auer. ira tua a no. i. pena nob a te inflicta. c Quia dereli. su. pauci. nā multi de iudeis fuerāt gladio z fame mortui. d O Exaudi dñe ꝓces nras. factas verbaliter. e Et oraciones nostras: factas mentaliter. nam sm̄ damascenum Oratio est ascensus mentis in deū. f Et educ nos de captiuitate babylonis. g Propter te. i. ex tua bonitate z non ex meritis nostris. h Et da no. inueni. gratiaz ꝛc. i. vt sciāt gētiles q̄ tu es dñs deus nr: p hoc q̄ inueniemus grām ꝓncipū in terra aliena. i Respice dñe. hīc ꝓsequenter ponitur ꝓpli dēpcantis pnia: ex qua mouetur

dñs moysi seruo suo⁷ q̄ eduxit ꝓres nros de terra egypti ³dare nob terrā fluētē lac et mel: ª sicut hodierna die: ᵇ z ñ audiuim⁹ vocē dñi dei nri sm̄ oia verba ꝓphaꝝ q̄s misit ad nos et ad iudices nros: z abiuim⁹ vnusq̄sq̄z in sensum cordis nri maligni ᶜ operari dīs alienis ᵇ facientes mala ᶜ añ oculos dñi dei nri.

ª Ropt̄ qđ statuit ij. dñs de⁹ nr ᵇ verbū suū ᶜ qđ locut⁹ ē ᵈ ad nos: z ad iudices nros q̄ iudicauerunt in hierlm z ad reges nros z ad ꝓncipes nros z ad omnē isrl z iudā: ᵉ vt adducēt dñs sup nos ᶠ mala magna q̄ nō sūt facta sub celo quēadmodū facta sūt in hierlm sm̄ q̄ scripta sunt in lege Moysi ᵍ vt mādūcaret hō carnes filij sui z carnes filie sue. ʰ Et dedit eos sub manu regū oim̄ q̄ sūt in circuitu nro ⁱ in improperiū z in desolationē: z in oīb⁹ ꝓphis in q̄bus nos dispsit dñs z facti sum⁹ subtus z nō sup: qz peccauim⁹ dño deo nro nō obaudiēdo voci ipius. ᵏ Dño deo nro iusticia: nob aūt z ꝓtrib⁹ nris confusio faciei sicē dies h. Quis locut⁹ est dñs sup nos oia mala hec q̄ venerūt sup nos: ˡ z nō sumus dēpcati faciē dñi dei nri: vt reūteremur vnus quisq̄z nrm a vijs nris pessimis. ᵐ Et vigilauit dñs in malis z adduxit ea sup nos qz iust⁹ ē dñs in oīb⁹ opib⁹ suis: ⁿ q̄ mādauit nob: et nō audiuim⁹ vocē ipius: vt iremꝰ in ꝓceptis dñi q̄ dedit añ faciē nrām. ° Et nūc dñe deus isrl ᵖ q̄ eduxisti ꝓpłm tuū de tra egypti ᵍ in manu valida ʳ z in signis ˢ z in ꝓdigijs: ᵗ et in ꝛtute tua magna z in brachio excelso: ᵛ et fecisti tibi nomē ˣ sicut ē dies iste: ʸ peccauim⁹: ᶻ impie egim⁹: ª iniq̄ gessim⁹ dñe deus noꝰ in oīb⁹ iustic̄s tuis. ᵇ Auertatur ira tua a nobis: ᶜ qz derelicti sumus pauci inter gētes vbi dispsisti nos. ° Exaudi dñe ꝓces nras ᵈ z oꝛones nras: ᵉ z educ nos ᵍ ꝓpter te: ᵇ z da nobis inuenire grāz ante faciē eoꝝ q̄ nos abduxerūt: vt sciat oīs tra qz tu es dñs deus noꝰ: z qz nomē tuū inuocatū est sup isrl z sup gen⁹ ipsius ⁱ Respice dñe de domo sancta tua in nos et inclina aurem tuam et exaudi nos

deus audiendū oīonē tēpcantiū:cū dicit. i Respice dñe de domo sctā tua.i.de celo qđ dī eius domus.qz ibi sit vbiq; p potentiā essentiā z pñtiā.tñ ibi spāl'r relucz eius maiestas z glia. k Quz nō mortui q̄ sunt in inferno.i.recōditi in sepulcro:vel in inferno cōtū ad aias que dūc oēs ibi descendebant. l Dabūt do.z iustifi.do. qz sunt extra statū merendi.

m Sed aia q̄ tristis est.p ꝓtritionē verā. n Super magnitudinē mali z incedit curua.p verā būiliationē.

o Et infirma.per ꝓprie fragilitatē ꝓsiderationem.

p Et oculi deficientes.ꝓpios defectus z alienos attendētes. q Et aia esuriens.i.iustificari desiderans: Matth.v. Beati q̄ esuriūt z sitiunt iusticiā. r Dat tibi gliaz.pō.i. Sacrificiū de spūs cō tribulatus.

s Quz nō fm iusticias patz nrōz qz nō fuerūt pcōres sicut z nos.

t Fudimus dc.miam.i. preces miam postulātes.

v Sed qz misisti iram tuā.i.punitionē iustā.nō em̄ ira z alie passiōes sūt in deo: s qñ punit ad modum irati se hz. x Sicut locutus es in manu puerōz tuōz ꝓphetaz.i.p ꝓphas tuos.p manū em̄ significat ꝟ lingua: eo q manus est organū organōz: vt dī.iij.de anima.

y Inclinate būe rū vrm dc.hoc em̄ frequenter dixit hieremias.s.q̄ ciuitas destrueret z ꝑplus captiuaret nisi se subiceret regi babylōis. z sīlr alij ꝓphe.cetera patēt vsq; ibi. z Ut transferent ossa regū nrōz dc.iudei nāq; sepeliebant potētes cū sūptibus magnis ponentes p̄ciosa in eoz sepulcris: z ī chaldei q̄ erant cupidi capta ciuitate hierlm fodiebant talia sepulcra: p̄ciosa rapientes z ossa mortuoz ejicientes. a Et mortui sunt in doloribus pessimis.in obsidione em̄ ciuitatis mlti fuerūt mortui.aliqui aeris corruptione:aliqui gladio z aliqui fame.

b Et in emissiōe.qz multi de illis q̄ mittebant in babyloné captiui fuerūt in via mortui. c Et posuisti.Hic cō sequēter allegat diuini cultus ignominia:cū dr. Et posuisti templum.s.in desolatione. d In quo inuocatuz est nomen tuum.ante destructionem eius. e Sicut hec dies.supple manifestat per rei euidentiam. f Et

Aperi oculos tuos z vide[k] qz nō mortui q̄ st̄ in inferno q̄ rū spūs accept[e] ē a visceribus suis:[l] dabūt honorē z iustificationē dño[m] ꝟ aia q̄ tristz ē[n] sup magnitudinē mali:z incedit curua[o] z infirma[p] z oculi deficientes[q] z aia esuriens[r] dat tibi gliaz z iusticiā dño[s] qz nō fm iusticias patz nrōz[t] nos fudim[v] p̄ces z petim[x] miaz ante ꝓspectū tuū dñe deus nr̄:[y] sed qz misisti irā tuā z furorez tuū sr̄ nos sic locutus es in manu puerōz tuōz ꝓphaz dicēs. Sic dicit dñs:[z] Inclinate hūerz vīm z cervicez vīam: z opa facite regi babylōis z sedebitis in terra quā dedit pribus vīis. Qđ si nō feceritz nec audieritis vocē dñi dei vr̄i opari regi babylōie: defectionē vīam faciā de ciuitatibz iuda z a foris hierlm: z auferā a vob vocē iocūditatis z vocē gaudij z vocē sponsi z vocē sponse: z erit omis terra sine vestigio. Et nō audierūt vocē tuā vt oparent regi babylōis z statuisti verba tua q̄ locut[a] es ī manibz puerōz tuōz ꝓphetarū[3] vt trāsferēt ossa regū nrōz et ossa patz nrōz de loco suo. Et ecce st̄ iecta ī caloze solis z ī gelu noctis[a] z mortui

fūt ī doloribz pessimis: in fame z ī gladio[b] z in emissiōe[c] Et posuisti tēplū[d] in q̄ inuocatū ē nomē tuū in ipso[e] sīc hec dies ꝓpt iniq̄tatē domꝰ[f] isrl z domus iuda.[g] Et fecisti in nob dñe deꝰ nr̄ fm oēz bonitatē tuā z fm oēm miserationem tuā illā magnā sīc locutus es in manu pueri tui moysi:[h] in die q̄ ꝑcepisti ei scribē legē tuā coram filijs isrl dicēs. Si nō audieritis vocē meā:[i] multitudo hec magna[j] ꝙuertet in mini mā gentē: qm̄ ego eos dispdam[k] qz scio q̄ me nō audiet ppls. Pplis ē.n. dura cervice.[m] Et ꝙuertet ad coz suum[n] in tra captiuitatz sue: z scient qz ego sū dñs deꝰ eoz[o] Et dabo eis coz z intelligent[p] z aures z audiēt.[q] Et laudabūt me in tra captiuitatis sue: z memores erunt noīs mei.[r] Et auertent se a viso suo duro: z a malignitatibz suis:[s] qz remiscent vias patz suoz q̄ peccauerūt in me.[t] Et reuocabo illos ī terrā quā iurauī pribz eorū abraaz ysaac z iacob: z dñabunt eī[v]. Et multiplicabo eos z nō minorabūt:[x] Et statuā illī testamtū alterꝝ[y] sempiternū vt sim illī in deū: z ipi erūt mihi in populum. Et

d Multitudo magna z multa.i. ornatus et pulcritudo pli israel. i Cōuertetur in miniā. p gladium z captiuitatem. k Quia scio q̄ me nō audiet. deus est ita cognoscit futura sicut pñtia.

l Populus ē em̄ dura cervice vt pz ex decursu veteris testamēti. m Et ꝙuertet ad coz suū. recognoscēdo ꝓpriū delictū. n Ī terra captiuitatz sue. veratione ei intellectū dante o Et dabo eis coz.i. ꝓtritum. p Et aures et audi. dei verbū. q Et lauda. me in terra captiuitatz sue. sicut dictū est s. de thobia. thobie. xiij. Et idem fuit in alijs multis iustis: vt in daniele z socijs eius z ꝓsimilibus.

r Et auertent se ad vias suo duro.i. ab inoledientia sua dura.

s Quia reminiscent viā patrū suoz. q̄ silr ꝑ peccatis suis mortui fuerunt in captiuitate.

t Et reuocabo illos in terrā dc. boc fuit impletum aliqualiter quādo cyrus dedit iudeis licentiam redeundi in iudeam. sed plenius p xp̄m apiente celi ianuā qđ est terra viuentiū: p terram ꝓmissionis figurata. premiū. n. virtutū a deo ꝓncipaliter ꝓmissum nō pōt intelligi bonū terrenū: qđ est minus cī virtutis bonū: z ideo qñ in scriptura p virtuosis opibus ꝓmittunt bona corporalia z terrena sub illis intelligunt ꝓncipaliter ꝓmittz bona spūalia z eterna: sicut dixi plenius Gen. xv. z in plibus alijs locis. z huic sensui ꝓcordat ista sequēs: cū dī. v Et statuam illis testamentum alterum.i. legem nouam per christum. x Sempiternum. tū quia legi noue lex altera non succederet: nū qz habet effectum sempiternū introducendo statim ad gliam sempiternā: qđ lex vetus facere nō poterat: fm q̄ deducit

apostolus satis diffuse in epla ad hebreos: ideo subdit
y Et nō mouebo ampli⁹ ipius meū ꝛc. q⁹ māsio celestis stabilis ⁊ eterna est. z Et nūc dñe omipotens
Postq̄ posita ē oratus allegatio. hic ꝓnter ponit dep̄
cantus ꝓclusio: cū dr. a Anima in angustijs. posi-

ta. b Et spiritus anxius. ex afflictōne dura. c Clamat ad te. vt possit aliquantulū respirare. d Audi dñe. ꝓdescendēdo. cetera patēt vsq; ibi. e Audi nūc oratiōnē mortuoꝝ isrl. i. sctoꝝ pr̄iarchārū ⁊ ꝓphetaꝝ q̄ viuentes orauerunt ad te ꝓ vno statu posteroꝝ. f Et si. ipsoꝝ: q̄ peccāt te. i. voce nostrā audi. q̄ licet peccauerim⁹ tibi: tñ penitētes clamam⁹ ad te. g Et agglutinata sunt nobis mala. i. pena multipler est nobis inflicta.

b Moli memi nisse iniq̄tates patꝝ nr̄oꝝ pro ipis nos puniēdo: naz aliq̄n filij iuste ꝓ patribus puniuntur pena temporali. q⁹ filij sunt q̄dam res patrū.

Et nō mouebo ampli⁹ ꝓpt̄z meū filios isrl a tra quā dedi illi. 3 Et nūc dñe oipotens deus isrl saia i angustijs b ⁊ spirit⁹ anxi⁹ c clamat ad te. d Audi dñe ⁊ miserere q⁹ deus ē misericoꝝ: ⁊ miserere nr̄i quia peccauimus ātē te. e Quia tu sedes i sempit̄nū: et nos pibim⁹ in euū. Dñe oipotens deus isrl e audi nūc oratiōnē mortuoꝝ isrl et filioꝝ ipsoꝝ q̄ peccauerūt ante te: ⁊ audierūt vocez dñi dei sui: et agglutinata sunt nobis mala

b Moli memisse iniquitates patꝝ nr̄oꝝ ⁊ memento manꝰ tue: k ⁊ nois tui in tpe isto q⁹ tu es dñs deus nr̄: ⁊ laudabim⁹ te dñe: q⁹ ꝓpt̄ h̄ dedisti timorē tuū in cordib⁹ nr̄is: et vt inuocem⁹ nomē tuum ⁊ laudem⁹ te in captiuitate nr̄a: l q⁹ auertemur ab iniq̄tate patrū nr̄oꝝ q̄ peccauerūt ante te. m Et ecce nos i captiuitate nr̄a sumus hodie

regni sui anno primo sedechie. ⁊ sedechias cuz reliquis anno vndecimo regni sui. e Coinq̄natus es cū mortuis. cum fidelibus qui dicuntur mortui ℣ Matb. viij. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. filij. n. isrl int̄ eos captiuati. cōmuniter inq̄nabant

q⁹ nos dispsistim i ipropiuz ⁊ i maledictū ⁊ in pctm̄ ꝓ omēs iniq̄tates patꝝ nr̄oꝝ q̄ discessert a te dñe deus nr̄. ij.

H f Audi isrl mandata vite: b aurib⁹ pcipe vt scias prudentiā. c Quid ē isrl q⁹ i terra inimicoꝝ es. d Inueteraſti i tra aliēa: e coinq̄nat⁹ es cū mortuis. f Deputat⁹ es cū descēdētib⁹ i infernū. g deliq̄sti fōtē sapie. h naz si i via dei ābulasses: i habitasses vtiq; i pace sup terrā k Disce vbi sit prudētia k vbi sit vt⁹ l vbi sit itellect⁹ m vt scias sil n vbi sit lōgitudo vite o ⁊ victus p vbi sit lum̄ oculoꝝ q ⁊ pax. r Quis inuenit locū ei⁹. Et q̄s intrauit in thezauros e⁹ s Vbi sūt ꝓncipes gētium t ⁊ q̄ dñant⁹ sup bestias q̄ sūt sup tra. v Qui in auib⁹ celi ludunt q̄ argētū thesaurizāt ⁊ aur̄i q̄ ꝓfidūt boies y ⁊ nō ē finis acq̄sitōis eoꝝ z Qui argētū fabricāt a ⁊ solliciti sūt

f Deputatus es cū descendētib⁹ in infernū. i. cū ydolatris inter eos commorādo: premisit ergo. Quid est isrl id est que est causa istoꝝ maloꝝ iuper te venientium ⁊ nōdet.

g Dereliquisti fontē sapie. i. q⁹ dereliquisti deū tuū. h Nam si in via dei ambulasses. tibi oīa ꝑ legē et ꝓphetas. i Habitas. vtiq; in pace sup terrā. a vno tibi ꝓcessam: ptz eiūdē ex decursu veteris testamēti q̄ q̄diu in via dei ambulauerunt in terra ꝓmissionis pacifice habitauerūt.

k Disce vbi sit pruden. infusa.

k Vbi sit virtus silr infusa: nam sicut virtutes politice ex actibus acquisite connectuntur prudentie politice: vt habet. vj. ethicoꝝ. sic virtutes morales infuse ꝓnectunt̄ prudētie diuie vl infuse. l Vbi sit intellectus. est autē intellectus ꝓpie habitus principioꝝ: articuli vo fidei sunt principia oīm credibiliuz: ⁊ ideo fides q̄ est virtus intellectualis est hmōi intellectus. m Vt scias simul. i. ꝑ ipsam fidez que est substantia rerum sperandarum argumentū. i. certitudo nō apparentium. n Vbi sit longitudo vite i. vita eterna. e Et victus. i. fruitio beata. p Vbi sit lumen oculoꝝ. ꝑ aptam prime veritatis visionē. q Et pax. pax dicit omnimodam appetitus quietationem per fidem eīm cognoscim⁹ certitudinaliter q̄ ista sūt in deo obiective: ⁊ in beatis spiritib⁹ subiective.

l Ubi sit intellectus. Et autē intellectus ꝓpie habitus principioꝝ: articuli vo fidei sunt principia oīm credibiliuz: ⁊ ideo fides q̄ est virtus intellectualis est hmōi intellectus. m Vt scias simul. i. ꝑ ipsam fidez que est substantia rerum sperandarum argumentū. i. certitudo nō apparentium. n Vbi sit longitudo vite i. vita eterna. e Et victus. i. fruitio beata. p Vbi sit lumen oculoꝝ. ꝑ aptam prime veritatis visionē. q Et pax. pax dicit omnimodam appetitus quietationem per fidem eīm cognoscim⁹ certitudinaliter q̄ ista sūt in deo obiective: ⁊ in beatis spiritib⁹ subiective.

r Quis inuenit. Hic ꝓnter fideles ab hac sapientia excludit dicens. Quis inuenit ꝛc. quasi diceret. nullus d⁹ ius fidelibus quantumcunq; potens et magnus. ideo subditur. s Vbi sunt ꝓncipes gentiuz: tpe nanq; baruch captiuatis regibus isrl et iuda: omnes terre principes erant ydolatre ⁊ infideles. t Qui dominantur sup bestias que sunt sup terram. ꝑ venatōis exercium.

v Qui in auib⁹ celi ludunt. per aucupiuz.

r Qui arg. thesau. ⁊ au: in quo ꝓfi. boies. ꝑ hec eniz sperant obtinere super alia regna dominium. y Et non est finis acquisitionis eoꝝ. q⁹ quanto plura acquirunt tanto ad alia acquirenda ardentius anbelāt. z Qui argentū fabricant. inde faciendo monetam vel ydola.

a Et solliciti sunt. ad obtinendo quod cupiunt.

b Hec ē inuentio operꝝ illoꝝ. q⁹ frequēter ꝓueniuntur

mo͛te añteq̄ possit opus intelligi ꝓficē:nō dz. Extermia-
tiſt ꝛc. c Juuenes.morib⁹ ꝛ etate. d Viderūt lu-
men.in bonis sensibilibus suū ponentes finē. e Viā
añt disciplinc ignorauerūt.delectatōes.n.sensibiles banc
noticiā impediūt. f Neq; intel.semitas ei⁹.i. modos
inquirendi eam.
g Neq; filij eorū male nutriti ꝛ i sen-
sibilib⁹ delectatōni-
bus occupati sicut
pies eor̄.
b Illō est au.i ter-
ra chanaā. in q̄ añ
filios isrl̄ habitaue
runt ydolatre pessi
mi:vtz in libris nu
meri ꝛ deu. i
Neq; visa ē in the
man.nomē ē terre
de qua fuit elipbat
themanites q̄ ñ po
nebat nisi ꝑsentem
vitā vt dcm̄ fuit sr̄
librū iob:ꝛ idez vr̄
fuisse de alūs habi-
tatorib⁹ illius terre
nā iste fuit de maio
ribus et prudenti-
orib⁹:ꝓpter ea exclu
si erāt a sapia diuī-
na q̄ felicitatez po-
nit in vita futura.
k Filij q̄z ager.
i.agareni q̄ mō di-
cunt saraceni vsur
pātes sibi nomē a
sara libera:cum tñ
descendēt ab agar
ancilla abrae.
k Qui exquisie.
ꝓu. q̄ de terra est.
sunt ei astuti in ter
renis lucri. l
Et fabulatores ad
decipiendū in mer
catōnib⁹ boies.
m Et exquisitores intelligentie.q̄ ꝓprie ē de pñtib⁹ tm̄
n Viam añt sapie.que magis attēdit bona futura. Ne-
scierunt. o O isrl̄.Hic ꝓnter oñdit quibus ꝓcedit
sapia diuina cum dr̄. O isrl̄ ꝓsidera. p Quia magna
est dō.dei.i.celū empyreū qđ est locus bonoz. est. n.celū
supmū ꝛ ꝑ oēs maxime extēsuz q̄ntomagis distat a cen
tro mūdi. q Magn⁹ ē ꝛ nō bz finē.i. terminationem
siue finitiōez a parte post.nam ē corruptibilis. r Ex-
celsus.q; est loc⁹ suprem⁹:vt dictū est. s Et immen-
sus.nō simpliciter:q; nulla creatura sic est immēsa: ꝙ per
ꝓpatōez ad nos qui quantitatē ei⁹ metiri nō possumus.
t Ibi fuerūt gigantes.hoc nō refert ad iram immedi-
ate ꝓcedentē:naz in celo empyreo nō fuerūt gigātes qui
sunt boies incompositi morib⁹:sed refert ad hoc qđ pre-
dicitur. Non est audita in terra chanaan: in qua habita-
nerūt gigantes vt habet Numeri.xiii. Ibi videm⁹ mon-
stra quedam filioz enach de genere giganteo q̄bus ꝓpa-
ti quasi locuste videbamur. v Scientes bellum.i.ar-
tem bellandi. x Non bos elegit dñs.in populum sibi
peculiarem sicut elegit israelem. y Neq; viam disci-
pline inuenerūt.nam incompositi morbus fuerūt.
z Propterea perierūt.filij essi israel eos interfecerunt.
vt habetur in libris iosue et iudicum. a Quis ascen-
dit in celum ꝛc.q.d.nullus boiu.sante christi aduentuz
ꝛ ꝑ tpe illo loquit̄ baruch. b Quis transfretauit ma
re ꝛc.q.d.nullus ꝓtalem transfretatōnem potuit inueni
re sapiam diuinam. c Nō est q̄ possit scire vias eius,
naturali ꝙtute sicut inuēta ē sapia philosophica. d
Qz q̄ scit vniuersa nouit eā.s. de⁹. e Et adinuēit
eā ꝓdētia sua.i.bz eā p seipm̄ ꝛ nō p doctorē alium.
f Qui prepauit terrā in eterno tpe.naz in eternū du-
rabit a pte post:sicut ꝛ alie mūdi ptes principales.me-
liorabunt̄ tñ in
suis q̄litatibus
in mundi innoua-
tione.
g Et reple.eā
bipe.ꝛ quadru-
pe.i.aub⁹ homi
bus ꝛ aialibus.
Iz.n. aues habi-
tent in aere: cō-
muni⁹ tñ alimē-
tū accipiūt i ter-
ra. b Qui
emittit lumē et
vadit.nā ꝑm ei⁹
ordinatōnez lu-
mē solis et lune
diffundit ꝑ ae-
rē. i Et vo-
cauit illō ꝛc.nā
ꝑm ordinatōez
ei⁹ lumē solis et
lune quodāmō
reuocat q̄n cer-
tis temp⁹ eclip-
sant̄.
k Stelle dede
runt lumē ꝑm dei
ordinationem.
l Et letate sūt
locutō est meta-
phorica:sicut di
citur pratum ri
det:q; corpa ce-
lestia nō sūt ani-
mata ꝑm dama
scenum.
m Vocate sūt
et dixe. ꝛc. illud
dicē non ē aliud
q̄z cursum suum
ꝑm ordinatōez dei ꝓficē. n Hic est de⁹ nr̄.cui obedi
unt corpora celestia ꝛ terrestria. o Et nō estimabi
tur alius aduersus eū.nam alij sūt dij falsi. p Hic
adiue.oēm viā disci.ducentē ad vitā glorie. q Et
tradidit illam iacob ꝛc:iacob añt et isrl̄ idem bō fuit:
ꝙ primo vocatus est iacob.id est supplantator. postea
israel.i.videns deū.vel directius cuz deo:Geñ.xxxij.ꝑ
qđ designat̄ q⁹ in via ꝓfectōnis optet boiem prius lu-
ctari cū passionibus ipsas subijciēdo ꝑ exercicia vir-
tut̄:postea ꝓficit in ꝓtemplatōe veritatis. Unde dicit
Greg.sup ezechielem:q̄ ꝓtēplatōis arcē videre nt te-
nere:pri⁹ necesse est:vt in campo actōnis se ꝑ exercitia
ꝓbēt.ꝛ pbs.vij.physico⁹.sedendo et q̄escēdo.i.sedaꝫ
passionibus:fit anima scies ꝛ prudens.ꝛ iō bñ dicit
q⁹ sapiam diuinā dedit deus iacob et israel. q; passioni
bus supplantatis dat̄ homini ꝓtemplatō virtutis.
r Post hec in ter. vi. est cum bo. ꝓuersat⁹ est.qđ po-
test dupli citer intelligi. Uno modo vt sit relatio pre-
teriti.q; post illuminatōez iacob patriarche ꝛ datōez
legis descendentibus ex suo semine:Exodi.xx.de⁹ ap-
paruit illi ꝓpl̄o:Exo.xxiiij. Ascēderūt q; moyses et aa-
ron nadab ꝛ abiu:et septuaginta ex seniorib⁹ israel:ꝛ
viderunt dominum deum.Et subditur ibidē. Mecū
sup eos qui procul recesserant de filijs israel:misit ma
num suam:viderunt q; deum ꝛc. Cum illis etiā ꝓuer-
sat⁹ est quadraginta annis ꝑbens eis māna ꝛ alia be-
neficia multa:ꝑm q⁹ dr̄ psalmo nonagesimoquarto ꝑm

translatiõz.lxx.interpretũ. Quadraginta ānis.primꝰ fuit generatõi ꝛc. Alio mõ vt sit ꝓphia de futuro qz pͦtps baruch rpc deꝰ.z bõ cũ hoibꝰ uersatus est: Jo. j. Verbũ caro factũ est.z habitauit in nobis ꝛc. Et hec est ꝓfectior exposition:qz uersatõ prima fuit bꝰ figura

Caplm.iiij.

Jcliber Dostꝫ baruch indurit ad sapientie desideriuz et oñdit quibus datur et a q̃: hic ꝓñter ostendit que sit illa sapiẽtia.s.lex a deo data dicens.

a Hic lib mãdatoz dei. supple est sapia ꝑdita: ꝓpter quod dr Deutro. iiij. Hec est sapientia vra z intellectus coꝝ ꝓplis. b Et lex q̃ ẽ in eter.nõ.n.lex vetus ꝑ nouaz est abolita: ꝑ magꝫ ꝓfecta ꝑm q̃ dic saluator Mat. v. Nõ veni solvere legẽ sed adimplere. vt ibidem fuit declaratum. c Oms q̃ tenent eã. obseruando

d Ad vitã. scz gratie in pñti et glorie in futuro licet em̃ patres veteris testamẽ

Hic lib mãdatoꝝ dei: z lex q̃ ẽ in eternũ. c Oes q̃ tenẽt eã puenient ad vitã: q̃ ãt deliqrũt ea. in mortẽ. f Conuertẽ iacob z apphẽde eã: d ãbula ꝑ viã ad splẽdorẽ ei gl̃ã lumẽ ei. h Ne tradas alteri gl̃az tuã z dignitatẽ tuã gẽti aliene. m Pti sumꝰ isrl nq̃ q̃ deo placẽt manifesta sũ nob. p Animeqoꝝ esto ppls dei memorabil isrl. s Venũdati estis gẽtib nõ ꝓpter ꝓditõez: t ꝓpter qđ irã ad iracũdiã ꝓuocastis deũ: traditiqz estis adũsarios Exacerbastis.n.eum q̃ fecit vos deũ etnũ: imolãtes demoniis z nõ deo. u Obliti ei est eũ q̃ nutriuit vos z ꝓtristatis nutricez vram irlm. Vidit.n. iracundiã a deo venientẽ vob: d et dixit. c Audite ꝓfines syõ. d Adduxit ei mihi dꝰ luctũ magnũ Vidi.n. captiuitatem ppli mei filioꝝ meoꝝ et filiaruz quã supduxit illis extern. e Nutrini eũ illos cũ iocũditate: f dimisi aũt illos cũ fletu z luctu g Nemo gaudeat sup me viduã z desolatã: b a multꝫ derelicta suz ꝓpt pctã filioꝝ meoꝝ: qz declinauerũt a lege dei. l Justicias ãt ipi nescierũt. nec ambulauerũt ꝑ vias mãdatoꝝ dei k neqz ꝑ semitas veritat ei cũ iusticia ingressi sũ. m Veniãt ꝓfines syon: z memorẽt captiuitatem filioꝝ z filiaꝝ mearũ: quaz supduxit ill eternus Adduxit.n. illos sup gẽtẽ d longinq̃ gẽtẽ ip̃robã z alteri lingue q̃ nõ sũ reueriti senẽ: neqz pueroꝝ miꝛti sũt Et abduxerũt dilectos vidue: z a filijs vnicã desolauerũt. e Ego aũt q̃d possuz ad iuuare vos? Qui.n. adduxit sup vos mala: ipse vos eripiet de manib inimicoꝝ

diam puo. deũ: traditiqz estis ꝛc. z ꝑsica vsqz ibi. Et ꝓtri.nutri: vraz irlm. q̃ nutriuit vos ꝛc ꝓpaliter omnis tpalibus ibidem abundantibus: z spualiter doctrina ꝓphetaꝝ ibidem habitantiũ: ideo subdit. y Vidit em̃ iracundiã. i. penã. a Adueniente vob. hoc em̃ ꝓuidit Hieremias et alij ꝓphete q̃ locutꝰ est de babylonica captiuitate: vt patuit supza i libꝝ eoꝝ. b Et dixit. Hic ꝓñter ponitur ppli ꝓsolatio in ꝑsona irlm: z vt opposita iuxta se posita magis elucescãt primo recitat materia desolationis. secõdo consolatõnis ibi. Ego aũt. Circa primum dicit. b Et dixit. s.ꝑ ꝓphetas z alios sanctos desolationez hierusalẽ lamentãtes eo mõ loquendi q̃ parisius dicit facere et dicere qđ ppls ei facit z dicit c Audite ꝓfines syon. i. ciuitates affinitatẽ cũ irlm habentes.

d Adduxit enim mi deꝰ lu. ma. i. materiã magnã lugẽdi: ꝑ exercitũ chaldeorum: ꝓpter meum captiuantium. e Nutriui em̃ il. cũ iocunditate tpi bus dñi et salomonis. quia tunc erat in magna bonoꝝ tpalium z spualium ꝓspiritate.

f Dimisi aũt illos cũ luctu z fletu. cum ducerent in babylonem tpibus iechonie et sedechie. g Nemo gaudeat sup me. que magis indigeo compassione.

h A multis. de filijs meis in captiuitatẽ ductꝰ. i Justicias aũt ipsi nescierũt. practice: lz aliq̃ sciuerint speculatiue. s. sacerdotes z legisperiti viuentes male.

k Neqz ꝑ semitas. q̃tuz ad ꝓsilia. l Cũ iusti. ingressi sunt. s. pena ꝑ dei iusticiam inflicta: vnde et peccantium punitio ꝯmuni modo loquendi iusticia nominatur.

m Veniãt ꝓfines syon z come. ꝛc. de hoc.n. ciuitates i circuitu iudee existentes frequenter loquebant sicut solz fieri de tali casu. n Adduxit ꝛc. de longinquo. s. ꝺ chaldea z alijs regnis existentibus sub chaldeis. o Gentem improbam. i. bonis moribus carentẽ. p Et alteri lingue. ꝓpt qđ minꝰ miserebant: qz non intelligebant verba deprecantiũ: ideo subdit. q Qui nõ sunt reueriti senẽ ꝛc. quibus tamẽ esset maxime compatiẽdum sed absqz discretõne etatis conditionis z sexus populuz crudeliter afflixerunt. r Et abduxerunt dilectos vidue. id est filios eius in captiuitatem duxerunt: et sic eaz vnicam z desolatam dimiserunt. s Ego aũt. Hic ꝓsequenter ponitur materia ꝓsolatõnis cũ dicitur. Ego autem quid possuz adiuuare vos. q. d. nõ est a vobis petendum humanũ auxilium sed diuinũ. ideo sequitur.

t Qui em̃ adduxit sup vos mala. pene ad vram correctionem. v Ipe eripiat vos de ma. inimi. vel. ad nominis sui laudẽ precipiens cyro edificare templũ in hierusalem ꝓpter qđ dedit ꝓpho iudeedcũdi licentiã: vt bñ

primo Esdre.j. t Ambulate filij. de virtute in virtutez
y Ego.n. derelicta sum sola. sicut lamentabat hieremi-
as pphā dicēs Treñ.j. Quō sedet sola ci. ꝛc. z Exui
me stola pacis. i. vestib⁹ iocūditatis. a Induī aūt me
sac. obsecra. antiquit⁹ ei afflictōis tpe orabāt boies in sac
co et cinere: vtz de
niniuitis Jone. iij.
ca. b Et cla. ad
altissimū ꝛc. confi-
dens q acquiescat
pcibus meis: ideo
subditur. c
Animeđores esto
te filij. confidētes
de auxilio dei. d
Ego.n. spe. inter.
salutē viam .id est
q det vobis nō so-
lū salutē tpalē sed
etiā eternā. e
Et venit ꝛc. a san-
cto. i. a deo q ē san-
ctus sanctoz. f
Sup ꝛc. ab eterno
salutari nostro. i. a
xpō qui fm diuinitatem ē ab eterno
z sic de liberatione
ppli facta p cyrum
transit ad loquendū de liberatōe fa-
cta p xpm: tanqz d
figura ad figuratū
sicut Esaie. xiiij. lo-
quēdo de casu regis
babylonis: sub eo-
dē ꝓtextu lre trāsit
ad loquendū de ca
su demonis vt ibi-
dem pleni⁹ fuit dic-
tum: z ad idem fa
cit qđ sequit.
g Reducet autē
vos mihi dñs cuz
gaudio ꝛc. tpls em̄
post babylonice ca
ptiuitatis reditus
quasi ꝓtinue; fuit i
afflictiōe: ꝓpter qđ
vī hec scriptura lo
qui saltē principa-
liter de liberatōe facta p xpm. b Sicut em̄ viderunt
vicine syon. i. ciuitates circa iudeā posite. i Captiui-
tatē vram a deo. vobis inflictam ꝓpter pctā vra. k
Sic vide. z in celeritate. i. cito. l Salutē vram in deo
ꝛc. si referat ad liberationē de babylone ē bypbole: si aūt
ad liberatōes per xpi gratiam est locutio clara. m
Perse. est. n. te inimi. tu⁹. i. chaldeoz tpls fm primū intel
lectū: dyabolus aūt vel q̄libet tyrann⁹ plequens eccliam
q̄tum ad scōm. n Sed cito videbis pditōem ipsius.
qz cyrus destruxit tplm chaldeoz: z xpc dyaboli potenti-
am confregit z etiam tyrannoz. o Deli. mei. am. vi.
aspas. i. grauiter sūt afflicti ab aduersarijs. p Ducti
sunt em̄ in captiuitatē et mortē. q Et grex dirept⁹. i.
rapt⁹ p predā. r Animeđores estote filij. sustinendo
patienter. s Et pclamate ad dñm. q liberauit vos po
tenter: iō subdit. t Erit. n. memoria vra in bonum.
v Abeo q̄ duxit vos. i. a deo q̄ pmisit vos i captiuitatē
duci. x Sicut ꝛc. vt erraretis a deo. p multiplicē ydo
latriam: sicut patet. iiij. Reg. z. ij. palypo. y Decies
ꝛc. requiretis eū. post reditum. n. captiuitatis babyloni-
ce nō leguntur in dei fuisse ydolatre: nisi aliqui pauci tem

virorum.[x] Ambulate filij am
bulate:[y] ego. n. derelicta sum
sola. [z] Exui me stola pacis.
[a] indui āt me sacco obsecra-
tōnis:[b] z clamabo ad altissi
mū i diebus meis.[c] Animeđores
estote filij clamate ad dñm
z eripiet vos ỏ mānu pncipū
inimicoz.[d] Ego. n. spaui in
eternū salutē vram:[e] z venit mi
hi gaudiū a scō[f] sup misericor-
dia q̄ venit vobis ab eterno
salutari nro. Emisi. n. vos
cū luctu z ploratu:[g] reducet
aūt vos mihi dñs, cum gau
dio z iocūditate i sempiter-
nū.[h] Sicut. n. viderūt vicine
syō[i] captiuitatē vram a deo:
[k] sic videbūt z i celeritate[l] sa
lutē vram i deo: q̄ supueniet
vobis cuz honore magno z
splēdore eterno. Filij patienter
sustinete ira q̄ supuenit vo-
bis.[m] Persecut⁹ est. n. te inimi-
c⁹ tu⁹[n] z cito videbis pditi
onē ipi⁹ z sup ceruices ipsi⁹
ascēdes.[o] Delicati mei ābu-
lauerūt vias aspas[p] ducti sūt
ei[q] vt grex dirept⁹ ab inimi-
cis.[r] Animeđores estote filij[s] z
pclamate ad dñm.[t] Erit. n.

memoria vra[v] ab eo q̄ duxit
vos.[x] Sic em̄ fuit sensus vī
vt errareţ[a] deo:[y] decies tm̄
itez quertētes requiret[ur] eum
[z] Qui. n. induxit vob mala
[a] ipe rursuz adducet vob sē-
pitnā iocūditatē cuz salute
vra[b] Animeđor esto hierlm. ex
hortat. n. te qui nomiauit.
[c] Nocētes[d] pibūt q̄ te vexa-
uerūt: z qui gratulati sunt i
tua ruia puniēt. Ciuitates
q̄bus fuierī filij tui punient.
z q̄ accepit filios tuos[e] Sic
ei gaudia ē i tua ruia z leta-
ta ē i cāu tuo:[f] sic ꝓtristabit
in sua desolatōe. Et āputa
bit exultatō multitudis e⁹. z
gaudimoniū ei⁹ erit i luctū
[g] Ignis em̄ supueniet ei ab
eterno[h] i lōgiturnis diebus z
habitabit a demōnijs i multi-
tudine tpis. Circūspice hie
rusalē ad orientē: et vide io
cūditatē a deo tibi venientē.
Ecce. n. veniunt filij tui: q̄s
dimisisti dispsos veniūt col
lecti[k] ab oriēte vsq̄ ad occi-
dentē[l] in vbo scī gaudētes
in honorem dei.

Exue te irlm Ca. v.

Completa expositione visionis imaginarie: p̄cedendū est ad inquirendū quid p̄ dictā visionem imaginariā designet. Nā hic est intellect⁹ principalis ꝓphetie sicut ostensum fuit supra in principio capituli q̄dragesimi. Sciendū igit̄ q̄ circa hoc varie dixerūt doctores hebrei similiter & latini. Antiqui ꝺo hebrei dixerūt q̄ imaginaria visio edificationis tēpli & ciuitatis que p̄dicta est: signat reedificationē tēpli post reditū captiuitatis babylonice p zorobabel & socios ei⁹. & reedificationē ciuitatis hierosolymitane p Neemiā et ꝓplm israel ad hoc adiuuātē. Dixerūt tm̄ q̄ hec edificatio nō fuit completa tpe zorobabel & neemie. ꝙ plures reges persarū deuoti addiderūt ad edificia ista potissime circa templū. vt satis haberi potest ex ꝓmo Esdre. & ij. Machabeoꝝ. Dicit etiā Josephus antiq̄tatis iudaice libro xv. q̄ herodes ascalonita rex iudee cuius tēpe natus fuit xp̄s fecit edificia magna & sumptuosa ad fortificationez ciuitatis & decorē templi. Dicit etiā q̄ ad altitudinē templi addidit septuaginta cubitos. Nam zorobabel & alij adiutores eleuauerunt ipm̄ p. lx. cubitos tm̄. & ipse addidit lx. vt sic esset eiusdē altitudinis sicut fuerat templū salomonis p̄ chaldeos destructus & tanta descripta est supra altitudo huius templi imaginarie visi. Ad hoc autē inducunt argumentū ex principio visionis capituli q̄dragesimi. vbi fit mentio de destructione ciuitatis per chaldeos cū dicit. xliij. anno post̄q̄ percussa est ciuitas facta est super me manus dñi &c. Et cōsequēter describit edificationem ciuitatis & templi vsq̄ ad finē libri. Ex quo videtur q̄ ad cōsolationē populi adhuc in captiuitate detenti ꝓpheta loquat̄ de materiali reedificatione ciuitatis & tēpli: quā dicunt completā modo p̄dicto. ꝙ hoc dictū stare non potest. qđ ostendo primo de ciuitate & templo simul. secundo de q̄libet p̄ se. De templo nāq̄ p zorobabel inchoato patet primo Esdre. iij. q̄ fuit edificatū in eodez loco in q̄ fuerat templū salomonis. Et similiter de reedificatione ciuitatis p Neemiā patet Neemie. ij. q̄ fuit in eodē loco in quo prius fuerat. nā reedificata fuit reparando interruptiones & ruinas murorꝝ p loca dissipata. Certum est autē ex tercio & quarto Regū q̄ templū Salomonis edificatum fuit in ciuitate hierusalē. & per consequens templum reedificatū per zorobabel. & in hoc cōueniunt omnes hystoriographi iudei & latini. Templū autem & ciuitas que imaginarie supra describunt̄ distant abinuicem per. xxviij. miliaria & plus. ergo impossibile est vt videtur q̄ visio imaginaria de edificatione ciuitatis et tēpli post reditum de babylone intelligat̄. Or autē tantū distet declaratur sic. Nam inter ciuitatē supra descriptā cū suburbanis suis & inter templuz cum omnibus sibi adiunctis edificijs. est tota latitudo portionis leuitaruz continens decē milia calamorꝝ. & de latitudine portionis sacerdotuz quatuor milia calamorꝝ & plus. ꝙ istud pl⁹ dimitto. Ista ꝺo. xiij. milia calamorꝝ faciunt. xxviij. miliaria. quod sic declaratur. Nam quinq̄ pedes faciunt vnum passum. passus. cxxv. vnū stadium. octo ꝺo stadia faciunt vnum miliare sic nominatū. quia cōtinet mille passus quod patet ex dictis. nam octies. cxxv. faciunt mille. vnde ꝺsus. Quinq̄ pedes passum faciunt: passus quoq̄ centū. Trigintiquinq̄ stadium: si des miliare. Octo facis stadia: duplicatum sit tibi lenga. Hoc igit̄ supposito videndum est de quantitate calamorꝝ. Ex dictis autē supra. xl. capitulo patet q̄ vnus calamus cōtinet ser cubitos. de cubitis sanctuarij. quoꝝ quilibet ꝓtinet vnū cubitū vsualē & palmum. vt ibidē fuit ostensum. cubitus autē vsualis continet pedē & dimidiū. & sic calamus cōtinet nouē pedes et cū hoc ser palmos qui faciunt vnū pedē & plus. sed illud plus dimitto. & sic patet q̄ calamus vnus cōtinet duos passus. Igit̄ cū mille passus faciunt miliare vnū. vt prędictum est. seqūtur q̄ mille calami faciunt duo miliaria. et p consequēs. xliij. milia calamorꝝ faciunt. xxviij. miliaria. sic patet ꝓpositū. Secꝺo separatim ondit̄ de tēplo & ciuitate inchoatis p zorobabel & necmiā. & primo de tēplo. quia supra describit̄ murus exterior longitudinis q̄ngentorū calamorū in quolibet quatuor laterū suorꝝ. quingentis ꝺo calami faciunt vnū miliare. & sic circuitus muri est quatuor miliaria. Circuitus autē templi per zorobabel inchoati nūq̄ fuit tante cōtinentie. immo nec etiā cum tota ciuitate hierusalē in qua fuit. ergo &c. Item ꝓpheta vidit aquas egredientes de templo & ꝓcedentes vsq̄ ad mare mortuū ad sanādū illud de sua amaritudine vt possent pisces ibi viuere. vt habetur supra xlvij. capitulo. Certum est autē q̄ in templo p zorobabel inchoato & postea p romanos destructo. nūq̄ fuerunt tales aque. nec mare mortuū factū est dulce. Itē idē potest argui de lignis fructiferis supra dictas aq̄s existentibus. & primitiua facientibus. quolibet mense. quia nunq̄ ita factum est. ergo &c. ꝓpter hec et multa in visione Ezechielis p̄scripta que verificari non possunt de templo post captiuitatē reedificato. patet falsitas opinionis p̄dicte. Item idem ostendit̄ de ciuitate per se. quia supra, vltimo capitulo describitur in quadro equilatero. cuius quodlibet latus continet calamos quatuor milia & quingentos. que faciunt. ix. miliaria. vt patet ex dictis supra. Et circuitus ciuitatis ibi describitur decē et octo miliū calamorꝝ qui faciunt xxxvj. miliaria. ciuitas autē inchoata per Neemiam nunq̄ habuit tantā capacitatē. nec etiā decimā ptem ꝓpter quod dicta opinio reprobatur modo nō solum a latinis. sed etiā ab hebreis.

Dicunt igitur hebrei moderni q̄ hec vltima visio Ezechielis est intelligenda de edificijs ciuitatis et templi in aduentu messie construendis quē expectant venturū tanq̄ hominē purū ꝓphetam tamen sanctissimū. etiā moyse sanctiorē. Dicunt etiā q̄ regnabit temporaliter sup omnes gentes quas sibi subijciet et iudeis. & edificabit ciuitatē et templū materialiter. sicut hic describitur ab Ezechiele prophęta. Hunc autē errorem̄ q̄ctum ad hoc q̄ negant xp̄m in lege et ꝓphetis ꝓmissum esse deum. et q̄ctum ad hoc q̄ dicunt eius aduentū adhuc futurum. ego satis improbaui per scripturas veteris testamenti in quadā questione de quolibet: annis pluribus iam elapsis. tamē adhuc repetam pauca de illis. Et primo ad ostendendum q̄ xp̄s in lege et prophetis ꝓmissus sit ver⁹ deus et verus homo. dicit enī Esaie nono de ipso. Parvulus natus est nobis. et filius datus est nobis. In quo exprimitur manifeste eius humanitas. per hoc autem q̄ subditur. Et vocabitur nomen eius admirabilis: consiliarius: deus fortis: pater futuri seculi: princeps pacis: exprimitur eius diuinitas. Item Hieremie. xxiij. Ecce dies veniunt dicit dominus et suscitabo Dauid germen iustum. Ubi translatio chaldaica apud hebreos auctentica habet. Statuam dauid messiā iustū et regnabit rex et sapiens erit. et faciet iudiciū & iusticiam in terra. sequitur. Et hoc est nomen quod vocabunt eum dominus iustus noster. Per hoc autē q̄ dicitur. Suscitabo dauid germen iustum. apparet eius humanitas. Per hoc autē quod seqūtur. Et hoc est nomen quod vocabunt eū dominus iustus noster. exprimitur eius diuinitas. nam ꝓ hoc nomine dom̄in⁹ hebraica veritas habet nomē domini tetragrāmaton: quod ꝙm hebreos est nomen summi dei creatoris omnium. vnde dicit Rabi moyses in libro directionis duborum pte prima capitulo sexagesimo. q̄ hoc nomen domini tetragrāmaton significat diuinā essentiam significatione pfecta & immixta. Cetera ꝺo nomina veniunt denuata ab operibus diuinis. vt creator: dominus saluator. & huiusmodi. Item Michee quinto dicit Et tu bethleem ephrata: Parvulus es in milib⁹ iuda. ex te mihi egredietur qui sit dominator tui israhel. Et egressus eius ab initio a diebus eternitatis. Or autez hec auctoritas etiam ꝙm hebreos intelligatur de christo patet Matthei secundo. quia sapientes iudeorum eam allegauerunt coram Herode querenti nativita-

tis xpi locum. z q egressum eius de bethleem exprimitur eius natiuitas temporalis in humana natura. per egressum aũt ipsi9 ab initio a dieb9 eternitatis. exprimitur eius natiuitas eternalis in natura diuina. Qz aũt scdo dicunt xpm adhuc venturũ est falsum. quia Danielis nono describit tẽpus aduẽtus ipsius sub certo numero annoz. s. sub septẽ hebdomadib9 annoz que faciunt q̃dringẽtos nonaginta annos. Iste ño numerus annoz cõpletus fuit tpe xpi. sicut diffuse declarauj scribendo sup Danielẽ. ꝓpter quod hic causa breuitatis omitto. Item Danielis scdo de tempore aduentus xpi dicit. In diebus regnoz illoz suscitabit deus regnũ. quod inceternum non dissipabitur: quod ꝑm hebreos intelligit de regno messie. Et sicut patet ibi loq̃tur ꝓpheta de q̃tuor regnis sibi succedentib9. s. babyloniox: persarũ: grecoz: z romanoz. z ideo regnum xpi incepit tẽpore quo vltimũ scz regnum romanorũ fuit in sua potestate. quod maxime fuit tempore Augusti cesaris. Quo tempore xps de virgine fuit natus. vt patet Luce secundo capitulo. Exijt edictum a cesare Augusto ẽ. Item Aggei secundo. Adhuc vnũ modicum ẽ. Sequitur. Et veniet desideratus cunctis gentibus z implebo domũ istam gloria. dicit dominus exercituum: seq̃tur. Adhuc magna erit gloria dom9 isti9 nouissime: plus q̃ prime. Per hoc autem q dicit. Veniet desideratus cunctis gentibus: intelligitur aduentus xpi. etiam ꝑm hebreos. per hoc autem qd̃ ꝑmittitur. Adhuc vnũ modicum est. apparet q est ꝓteritus Nam a tempore quo aggeus hoc dixit. vsq nunc sunt circa vsq ad annũ domini. Mcccxxij. in quo hec scripsi plus q̃ mille z trecenti fluxerunt anni. qui non videntur posse dici rationabiliter vnũ modicum. Item certum est: q Aggeus loquebatur de templo p zorobabel inchoato dicens. Veniet desideratus cunctis gentib9 z implebo domũ istam gloria. Ex quo patet q stante illo templo xps venit. z ipsum impleuit gloria. quãdo ibi oblatus fuit. ꝓpter quod sanctus Symeon tũc exclamauit. Lumen ad revelationem gentium et gloriã plebis tue israel. hoc etiam patet ꝑ hoc quod subditur Magna erit gloria huius dom9 nouissime plus q̃ prime. Prima nanq; dicitur templum Salomonis quod fuit destructum. Non potest autẽ dici q templum per zorobabel z suos sequaces reedificatum qd̃ respectu templi Salomonis fuit quasi nullius reputatõnis in edificijs z ornatibus z consimilibus. fuerit magis glorificatum in aliquo nisi per p̃sentiam xpi. qui oblatus ibidem fuit. z in eo pluries p̃dicauit z plura miracula fecit. vt habetur in euangelijs. Illud enim templum stetit vsq ad quadragesimũ secundũ annũ post passionem xpi. in quo destructum fuit per romanos. Qz autem tercio dicunt iudei xpm in primo aduẽtu suo venturum ad regnandũ temporaliter in potestate magna patet manifeste falsum per illud quod dicitur Zacharie nono capitulo. Exulta satis filia syon: iubila filia hierusalem. Ecce rex tuus veniet tibi iustus z saluator: et ipse pauper z sedens super asinam z pullum filiũ asine quod exponitur etiam a doctoribus hebreis de aduentu Messie. vt declaratum fuit ibidem. Et sic patet. q eius aduentus primus predicitur a ꝓpheta futurus in paupertate. z humilitate et non in terrena gloria seu potestate. Item Esaie quinquagesimo secundo dicit de xpo. Ecce intelliget seruus meus ẽ. quod intelligitur de christo etiam ꝑm hebreos antiquos. z etiam totum capitulum sequens sicut ibidem fuit dictum z ibi subditur de ipso. Inglorius erit inter viros aspectus eius. z ibidem subditur. Et desideravimus eum despectum z nouissimũ virorum. virũ dolorum et scientem infirmitatem z quasi absconditus vultus eius. et despectus. z postea. Sicut ouis ad occisionem ducet ẽ. Ex quibus patet q primus aduentus messie non fuit prenunciatus futurus in potestate z gloria. sed humilitate z paupertate magna. nec ad tẽporaliter regnandum. sed ad patiendum z per suam passionẽ nos misericorditer redimendum. Unde ibidem dicitur. Ipse autez vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostre sup eum. z liuore eius sanati sumus. Qz autẽ dicunt iudei. q messias in aduẽtu suo edificabit eis templum materiale sicut predicitur ab ezechiele. z ex hoc sumunt argumentũ contra nos ad probandum. q Ihesus nazarenus non fuit messias verus. quia non edificauit templum sicut ꝓphetas fuerat promissum. non valet. quia prophete magis dicunt contrarium. Nam Aggei secundo in auctoritate superi9 allegata dicitur de templo per zorobabel inchoato. Magna erit gloria domus istius nouissime. Ex quo patet q nõ est alia materialiter edificanda ꝑ messiã. Nam ista de qua loquitur prophetа non esset nouissima Item Hieremie tercio dicitur de aduentu christi ꝑmo. Assumam vos vnum de ciuitate z duos de cognatione z introducam vos in syon. In quo p̃dixit prophetа paucos valde de iudeis respective ad fidem catholicam conuertendos. et subditur ibidem. In diebus illis dicit dominus. Non dicent vltra archa testamenti domini: nec ascendet super cor. nec recordabitur illius. nec visitabit nec fiet vltra. Nunc autez ita est q tabernaculum moysi fuit factum ad reponendum archam testamenti domini vt patet Exodi vicesimo quinto. Et similiter templũ Salomonis ad hoc fuit factum. vt patet in plurib9 locis secundo z tercio Regum z secundo Paralypomenon. Et ideo si archa vltra non fiet. per cõsequens nec templum: propter quod iudei vt consequenter dicant. sicut dicunt q messias in aduentu suo edificabit eis materiale templum. sic restituet eis archam testamenti propiciatoriũ. et cetera pertinentia ad veteris legis cultũ. Cum igitur Hieremias ꝓpheta dicat q archa materialis testamenti non fiet vltra nec erit in recordatione vel memoria. s. ad construendum: per consequens predixit templũ materiale vlterius non reedificandum. Item ad hoc potest induci quod dicitur Hieremie septimo. Nolite confidere in verbis mendacij dicentes. Templum domini templum domini templum domini est. In hebreo habetur. Templũ domini templũ domini templũ domini tria in plurali. q̃si diceret mendacium est dicere. q tria templa sunt successiue edificanda. Et ideo post templum Salomonis quod fuit primum. z templum per zorobabel inchoatum z per romanos destructum quod fuit secundum: non reedificabitur iudeis tercium. Argumentũ autem de iesu nazareno non valet. quia templũ per ipsum edificatum est ecclesia siue congregatio fidelium in fide charitate formata que est spirituale templum de cuius edificatõne dicit Matheus decimosexto. Super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Cauillationes autez iudeorum per quas nituntur scripturas veteris testamenti ꝓallegatas peruertere propter prolixitatem vitandam hic omitto: quia illas posui diffuse in quadam questione de quolibet de qua supra mentionẽ feci. z quia cauillationes illas exponendo libros veteris testamenti replicaui saltem pro magna parte in locis in quibus exponuntur auctoritates predicte. Expositionem vltime visionis Ezechielis et causa exponendã reseruari post expositionẽ librorum omnium veteris ac noui testamenti.

Opinio catholicorum.

Approbatis dictis hebreorum ꝑm gratiã a domino mihi datam. consequenter videndum est q̃d de visione predicta dixerunt doctores catholici: z sunt tres modi dicendi. Nam aliqui vt beatus Hieronymus z beatus Gregorius dixerunt. per visionem Ezechielis imaginariam edificationem ecclesie in sacramentis z moribus esse signatam. z hunc sensum in exponendo secuti sunt. expositionem imaginarie visionis put superius est descripta. quasi totaliter dimittẽtes: cũ tamen

ab illa sit inchoandū. sicut dictū fuit supra in principio q̄ dragesimi capituli. Dicit etiā vlterius beatus Gregoriꝰ homelia prima sup̄ hanc visionem: q̄ ille sensus visionis imaginarie est totaliter relinquēdus. eo q̄ visio illa continet in compossibilia: quod arguit ex eo q̄ dicit supra q̄dragesimo capitulo. Et mensus est porticū a tecto thalami vsq; ad tectū eius. latitudinē. xxv. cubitoꝝ. et fecit frontes p. lx. cubitos. Ex q̄bus sic arguit. Frontes sunt in porta: et porta in edificio. et sic maius cōtinetur in minori. scz. lx. cubiti in. xxv. et. xxv. in vno. hoc autē est impossibile: ergo ꝛc. Dicit etiā q̄ hoc factū est ex ordinatione diuina. vt legentes dictā visionē relicto sensu imaginario tanq̄ nullo. mysticū quererēt intellectum. Et magister Ricbardus de sancto victore reputās in hoc dictū Gregorij minus verum. p̄cessit quasi via opposita: declarans in expositione sua possibilitatē totius edificij superius descripti de sensu alio nibil dicendo. si autē alibi de hoc aliq̄d dicit ignoro. soluit autē argumentū beati Gregorij p hoc q̄ omnia tēpli edificia simul sumpta dicuntur vnū edificiū. et nibilominus quodlibet dici p̄ se pōt vnū edificiū sicut totū maneriū regis parisius dicit domus regia: et tamē sunt ibi multe domus. s. palatium: camera causarū: capella et sic de aliis. et ideo cuz dicit supra. xl. ca. Et mēsus ē latitudinē edificij calamo vno ꝛc. edificiū ibi accipitur p muro exteriori Ꝑm alquos vel p domūcula supra portā edificata. Ꝑm alios vt dictum fuit ibidem. Dominus hugo cardinalis p̄cessit quasi media via declarans possibilitatē edificij imaginarie visi: et cum hoc de edificio ecclesie p aliq̄ loca immiscuit: hoc tamen fecit incomplete et etiā interclse candez etiā sententiam sub diuersis similitudinib⁹ pluries repetendo: et propter eandem causam expositio beati Gregorij videtur minus apta. nam per montē supra quē ꝓpheta dicitur dimissus supra. xl. ca. dicit signari xp̄m. Item p virū mensurantē edificiū. Item p portā et etiā alia plura. licet autē dictuz beati Gregorij no intendā in aliquo reprobare. tamē aliq̄bus videret conueniētius exponi visio p̄dicta si per diuersas partes et similitudines significarent diuersa. Itē beatus Gregorius de dicta visione exposuit tm̄ primum capitulū. s. xl. et adbuc incomplete. nam illo tēpe obsessa fuit romana ciuitas. et multū afflicta. ꝓpter quod se excusat de vlteriori p̄secutione ibi terminans dicte visionis expositionem: dece tamen homelias continentem.

Post capitulum. xlviij. in mysticatione vbi dicitur in postilla. Nam aliqui vt beatus Hieronymus.

Additio.

Circa plurima que continent in prophetia Ezechielis duo sunt consideranda. Unum est q̄ inter ceteros ꝓphetas iste pluribus vtitur parabolis. vt patet in p̄cessu sue prophetie in qua ex̄plurimas metaphoras inducit: vnde ipse deo dicebat supra capitulo xx. A a domine deus ipsi dicunt de me. Nunq̄d nō per parabolas loquitur iste. quasi dicerent. Omnes sermones illius sunt parabolici. ex qua consideratione habet q̄ iste visiones edificationū quas Ezechiel tradit cōmuniter sunt metaphorice intelligende. et ideo p̄cessus Gregorij exponendi huiusmodi visiones censeri debet ꝓius et literalis. Ꝑm modum loquendi ipsius prophete. sicut in his que parabolice dicuntur sensus literalis est. non ille qui per literam significatur. sed qui per res ipsas quas litera significat intelligitur. put dictum est in ꝓlogo super Genesim. Secundū est q̄ hic prophetа aliqua proponebat per modum p̄cepti que tamen nō debent intelligi vt precepta. scz vt imponant necessitatem obseruandi. sed quasi consilia que non habent vim obligandi ad penam si non seruent vnde supra capitulo. xlv. dicitur. Hec dicit dominus deus in primo mense in prima mēsis sumes vitulum de armento immaculatum et expiabis sanctuarium ꝛc. Et similiter ponit aliqua circa sacerdotes. et circa principes in sacrificijs et ornamētis et ingressu templi et aliis: que si intelligerent vt precepta. esset manifeste contra illud quod legitur Deut. iij. Non addetis ad verbū quod loquor vobis nec auferetis ex eo. vnde in veteri testamēto sicut nullus potuit auferre aliquod preceptū de his que deus p̄cipiebat per moysen ita nullus poterat addere aliquod p̄ceptuz vltra illa et similiter posset dici de edificatione templi et ciuitatis hic ꝓposita q̄ significabat reedificationem templi aliquando necessario fiendam. Ꝑm edificationem que de consilio prophetico fieri debebat ꝓpter sanctificationem spiritualem illius edificij quā prophetа principaliter intendebat. Et notandū q̄ p̄dicte considerationes que in hac litera. vt patet. fundant sunt valide ad euacuanda argumenta iudeoꝝ. que ex his visionibus Ezechielis. cōmuniter sumunt. que quidē argumenta credunt esse efficacissima contra nos qui christuz iam venisse confitemur. cum tamen predicta non fuerunt hactenus completa nec ꝓfitemur ipsa cōplenda. sed p̄dictis consideratis patet manifeste. q̄ ista possent et debent intelligi parabolice dicta seu p modū consilij: non autem precepti vt dictum est.

Expositio visionis imaginarie Ꝑm postillatorem.

His igitur premissis intendo dicere quid mihi videtur de significato visionis imaginarie. non tamen ad satisfactionē mihi vel alijs: cū respectu precedentium doctorum sim nullius momenti. sed ad excitandum animos studiosorum et deuotorum. vt per exercitium studij et orationis querant dicte visionis intellectum. ab eo qui sua mysteria reuelat humilibus et deuotis. et abscondit a prudentibus et sapientibus in oculis suis. Credo nāq̄ q̄ nullus possit dictaz visionem sufficienter exponere nisi hoc habuerit ex diuina reuelatione. Dico igitur q̄ significatū suprascripte visionis potest dupliciter accipi. vno modo vt per illam significetur reedificatio templi materialis post reditum babylonice captiuitatis. non tamen illo modo quo dixerunt antiqui iudei quem supra reprobaui. alio modo q̄ p illam significetur edificium ecclesie per xp̄m saluatorem nostrū. sicut cōmuniter dicunt doctores catholici. Ad cuidentiam primi modi considerandum q̄ frequēter in scriptura sacra. et maxime veteris testamenti promissiones diuine de bonis futuris. et cōminationes de penis infligendis. intelliguntur sub conditione licet scribant absolute. De promissionib⁹ autem patet ꝓmo Regum secundo capitulo vbi dicitur. Venit autē vir dei ad beli: et ait ad eum. hec dicit dominus. Nunquid non aperte reuelatus sum domui patris tui. cū esset in egypto in domo pharaonis. et elegi eum ex omnib⁹ tribubus israel mihi in sacerdotē scilicet sum mū. vt patet per literā sequentē. et postea subditur. Propterea ait dominus deus israel. loquens locutus sum vt domus tua et domus patris tui ministraret in conspectu meo vsq; in sempiternū. nunc autem dicit dominus absit hoc a me. Ꝑm q̄cunq; honorifauerit me glorificabo eū. qui autē contemnunt me erūt ignobiles. Ex his patet: q̄ ꝓmissio absolute facta de summo sacerdotio ante exitū filioꝝ israel de egypto postea per quadringentos annos vel circiter. s. tpe beli. ostendit dominus q̄ illa ꝓmissio intelligenda erat sub cōditione scilicet si sacerdotes summe debite ministrarent. aliter non. Similiter idē patet de cōminationib⁹ penaꝝ Jone tercio. vbi de p̄cepto domini dixit Jonas absolute. adbuc. xl. dies et ninive subuertet. Et tamen eius subuersio tunc nō fuit secuta. et hoc quia niniuite egerunt penitentiā de malis suis ad verbū Jone vt expz̄mitur ibidē. Ex quo patet q̄ cōminatio subuersionis niniue q̄ ꝓlata fuerat absolute: intelligēda erat sub cōditione. s. si niniuite in malis suis ꝓsisterent obdurati.

aliter non. Item de promissionibus ⁊ cōminationibus simul patet Hieremie.xviij.vbi dicit ex psona dñi. Repente loquar aduersus gentē et aduersum regnum vt eradicem et destruā ⁊ disperdā illud.si penitentiā egerit gens illa a malo suo qđ locutus sum aduersus ea: agam ⁊ ego penitentiā sup malo qđ cogitaui vt facerem ei.ex quo patet manifeste q̄ in cōminatione facta absolute intelligit conditio. si illi q̄bus fit pseuerēt in malo. Et statim ibidem subditur de promissionibus. Et subito loquar de gente et de regno vt edificem ⁊ plantē illud si fecerit malū in oculis meis. vt non audiat vocem meā penitentiaꝫ agam super bono quod locutus sum vt facerem ei. Ex quo patet q̄ in promissione de bono cōferendo intelligitur hec conditio scilicet si illi q̄bus fit steterint in bono. Ad hoc est etiā ratio naturalis.quia si aliquis rex vel princeps promitteret alicui militi equū et arma et ante completionē promissionis miles auerteret se a rege vel principe ad eius inimicos se conuertēdo:nunq̄d teneretur ad implere promissum certe nō.quia nō fuit intentio eius. nec debet esse q̄ ei daret equum et arma ad impugnandū se. ꝑ magis ad seruiendum sibi. In omni vo peccato mortali homo a deo auertitur.et ad demonē conuertitur:ergo ꝛc. Itez ad hoc potest induci exemplū de filijs israel quib⁹ multe terre et alia multa bona promissa fuerunt que nunq̄ obtinuerūt:eo q̄ erga deum suū debitum nō fecerunt: sicut patet in libro Josue q̄ filij israel in suis sortibus cupiditate ducti dimiserūt gentes idolatras habitare cum eis sub tributo contra p̄cepta domini: propter quod filij earum succedētes nō solum partem terre tenuerunt.sed etiā populum israel multipliciter afflixerunt: Similiter in proposito potest dici rationabiliter q̄ per visionem imaginariā Ezechieli:signata fuit edificatio ciuitatis et templi materialiter post reditū captiuitatis babylonice futura ꝑm formā superius descriptam.et sic in re factum fuisset si populus israel suum debitum fecisset.nam hec conditio intelligebatur in promisso.sed non fecit:propter quod templum ⁊ ciuitas. non fuerunt tunc edificate ꝑm modū Ezechieli ostensum.tamen propter aliquos bonos de filijs israel fuit ciuitas reedificata et templum minoris tamen capacitatis et nobilitatis quasi incomparabiliter q̄ fuerat promissum ꝓpter quod Ezechiel in fine dicte visionis videtur dixisse supra.xlviij. Amē. quasi diceret. vtinā sic fiat et non impediatur per peccata nostra. q̄ autez filij israel non fecerunt debitum suum ad obtinendum integre dictum promissum patet quia data generali licentia per Cyrū q̄ omnes iudei de regno suo possent in iudeam libere reuerti. et ibi deo seruire.multi tamē capti amore vxorum quas ibi acceperant. et filiorum quos ibi genuerant.⁊ possessionū quas ibi acq̄sierant noluerunt inde reuerti.ꝑ magis elegerunt inter idolatras cōmorari. Similiter illi qui de captiuitate redierunt in iudeam vxores suas hebreas legitimas cōtempserunt.et alienigenas contra dei p̄ceptum duxerunt et nō solum vulgares de populo hoc fecerunt. ꝑ etiaz maiores scilicet principes ⁊ sacerdotes.vt habet primo Esdre nono. Item postea tempore Machabeoꝝ multi de populo israel et de sacerdotibus ad vitiū contra naturam et idolatriam se cōuerterunt.edificātes in hierusalem ephebiam.i.prostibulum iuuenū.⁊ palestram.i.scolam ad docendum ritus et leges gentiliū vt dictum fuit secundo Mach. Similiter postea verum christum eis promissum ex inuidia ⁊ malignitate contempserūt.⁊ ipsum coram pylato negantes p manus militū eius occiderūt: ꝓpter quod eorum ciuitas et templū que reedificata fuerant.p romanos destructa fuerunt.sicut p̄dixerat xp̄s Luce.xix. Videns ihesus ciuitatem sanctam hierusalem fleuit super eam ꝛc. Sic igitur patet vna expositio q̄tum ad significatuz visionis imaginarie superius descripte. sed contra dictam expositionem posset argui:primo de aquis egredientibus de tēplo sanantibus mare mortuū a sua salsedine ⁊ amaritudine. scdo de lignis sup ripā fluminis facientibus nouos fructus singulis mēsibus.hec em̄ videtur aliq̄b⁹ impossibilia et p cōsequēs si iudei redeūtes de babylone fecissent erga deū debitū suū.nō tñ ista fuissent eis facta.cū fuissent impossibilia vt aliq̄bus videt. ⁊ ꝑm hoc expositio dicta nō videt vera. Ad ista dicendū q̄ aliq̄ sunt possibilia nature.s.illa que naturali cursu p̄gunt et aliqua sunt impossibilia nature: possibilia tamen deo. Et ista sunt in duplici gradu.nam aliqua sunt supra naturam q̄tum ad suū principium non tamen q̄tum ad sequens exercitium.sicut q̄ cecus videat:nam eius illuminatio est supra naturam.sed exercitium oculi dati p miraculum est naturale.sicut oculi dati per generationē naturalē. Aliqua vo sunt supra naturā vtroq̄ modo. sicut cōuersio panis in corpus xp̄i.et p̄manentia eiusdē corporis sub specie panis. Posset igit dici vt videt q̄ dulcoratio maris mortui sit possibilis ꝑm naturam nam aque maris colate p venas terre fiunt potabiles.et hoc modo de aquis p̄cedentibus a mari oriunt alibi fontes dulces et ideo non videt inconueniens.q̄ aque egredientes de templo haberent virtutē naturalem dulcorandi aquas maris p̄dicti. nam in diuersis partibus mundi oriuntur fontes:diuersas virtutes ⁊ mirabiles habētes. Hoc etiā confirmatur per scripturā.dicit em̄ Exo.xv.q̄ aque mathath in dulcedinē verse sunt per immissionez ligni quod videtur habuisse ad hoc virtutē naturalem vt dictū fuit ibidem. Similiter dicēdū de lignis quolibet mēse fructificantibus:videmus em̄ q̄ aliqua ligna ⁊ terrenascentia fructificant bis in anno.et forte plurib⁹ vicibus in aliq̄bus terris.⁊ sic forsitan hic posset dici de fructificatione quolibet mense ⁊ dato q̄ nō sit aliq̄ talis arbor. nō tamē est negandū quin deus posset facere:ita q̄ p̄ductio arboris esset supernaturalis.tamē fructificatio sequēs naturalis esset.et si hoc ab aliquo negetur.nō tñ negari potest quin deus posset etiā de qualibet arbore fructū p̄ducere quolibet mense miraculose.et ideo si p̄dicte vie nō sufficiunt potest dici q̄ hoc beneficium diuinū fuisset iudeis continuatum si erga deum debitum suum fecissent sicut per.xl.annos pauit eos manna in deserto.et xp̄ianis per orbem qualibet die dat corpus suū et suū sanguinē in sacramēto eucharistie.

Post capitulum vltimuz in mystificatione vbi dicit in postilla. Propter quod Ezechiel in fine visionis dicte.

Additio.

In hebreo neq̄ in translatione chaldaica.nō habetur in hoc loco Amen.vnde non debet ex hoc sumi aliquod argumentum.

Alia expositio postillatoris.

Alia vo expositio potest accipi vt p visionē imaginariam supradictā nō intelligatur aliqua edificatio materialis.sed solum edificatio spiritualis ecclesie in moribus fide ⁊ sacramentis. In ecclesia vo que est congregatio fideliū duplex est regnum. Vnum q̄tum ad spiritualia.et hoc designatur p edificiuz templi.aliud autē q̄tum ad temporalia.et hoc designatur p diuisionē terre et edificium ciuitatis circa finē libri. vtrunq̄ tamē regnū est a deo. Igitur dico cum beato Gregorio q̄tum ad hoc q̄ per montem in quo prophetа dicitur dimissus vel positus supra.xl.capitulo.intelligit xp̄us de quo scribitur Danielis secundo. Lapis qui p̄cusserit statuam factus est mons magnus.⁊ impleuit vniuersam terrā.qđ exponitur de xp̄o a doctoribus hebraicis ⁊ latinis. Super istum autē montē fundatur ecclesia sicut ipse dicit Mathei.xvj. Super hanc petrā edificabo ecclesiam meam. id est super me.et hoc q̄tum ad duplex regimen ecclesie p̄dictum. Et sicut patet ex p̄cedentibus primo agenduz est de edificio in spiritualibus.quia a primo describitur in p̄cedentibus ipsum templū.circa cuius edificium describitur triplex murus.s.exterior medius.et interior. Per exteriorem vo q̄ circūdat omnia edificia intelligitur protectio seu custodia diuina omnia complectens. de quo

muro dr Esaie.xxvj. Urbs fortitudinis nostre syon. salvator ponet in ea murus et. p murū vo mediū intelligit custodia seu protectio angelica. que includit sub diuina vñ dicitur ps. cxxiij. Montes in circuitu eius. i. angeli: vt dicit glosa Augustini. q̄ sunt in circuitu ecclesie p modum muri. per murū aut interiorē qui est minoris ambitus intelligitur protectio seu custodia humana p prelatos ecclesie et eoz ministros. que minores efficatie est q̄z angelica. De hoc aut muro ptra malos p̄latos dicitur Ezechielis. xiij. Non opposuistis vos murū p domo domini. Intra muros istos est ingressus ex tribus partib⁹ p quas intelliguntur tres partes terre habitabilis. s. asia aphrica: et europa: ex q̄bus ingressi sunt ecclesiaz multi p susceptionē fidei et sacramentoz. et ingrediunt de p̄senti. et egredientur de futuro. De istis vo tribus terre partib⁹ dicitur Hieremie. xxvij. Terra terra terra: audi sermonem domini. de quibus tribus terre partibus plures audierunt sermonē apostolorū aliorumq; xp̄i discipulorum cum effectu credēdi. Ex qualibet aut parte triū ptium dictarum sunt tres porte in tribus muris ex opposito se respicientes: per quas signātur tres gradus vel status venientium ad fidem. s. incipientiū. qui designantur p portam exteriorē: siue primā p̄ficientiū. qui significant per mediam vel secundā. Perfectorum. qui designant p terciam vel interiorē. De portis istis dicitur psalmo. lxxxvj. Diligit dñs portas syon sup omnia tabernacula Jacob Per tabernacula Jacob intelligitur status vel gradus fidelium tempore legis mosaice. per portas syon status vel gradus fideliū tempore legis euangelice. que dicitur lex amoris. lex aut vetus. lex timoris. ꝓpter quod porte syon bene dicuntur p̄dilecte. In portis aut exteriorib⁹ nō sunt edificia magna. sed quedā domuncule super eas edificate. vt supra dictum est. per quod designatur q̄ status incipientium est adhuc notabiliter imperfectus. In portis aut mediis et interioribus sunt edificia pulcra ad designandū q̄ proficientes et perfecti habēt maiorē perfectionem. perfecti iam actu. p̄ficientes in potētia actui ꝓpinqua. ad quod designandū ad portas medias ē ascensus per septē gradus tm̄. ad interiores vo seu tercias est ascensus per octo gradus. Habet aut quelibet sex portarum vestibulum: porticum: duas frontes. et sex thalamos. Per vestibulum p̄cedens porticum: intelligit gratia p̄ueniens. de qua dicit psalmo quinq̄gesimooctauo. Misericordia eius p̄ueniet me. Misericordia namq; dei et ei⁹ gratia sunt idem. per porticum vo grata subsequens de qua dicitur psalmo. xxij. Misericordia eius subsequetur me. vel aliter potest dici q̄ per vestibulum et porticum designatur voluntas bona. et operatio sancta. de q̄bus dicit Augustinus sup Johannē. Precedet velle sequerē perficere. Per duas frontes que sunt ad decorē et fortitudinem portarum. ꝓpter quod facte sunt ad modū duaꝝ turrellaꝝ. ex vtraq; parte cuiuslibet porte: designat patientia in aduersis. que stabilit hominē: ne per impatientiam frangatur. et modestia in prosperis que tenet hominem ne per superbiam eleuetur. De istis duab⁹ turrellis dicitur psalmo. cxxj. Fiat pax in virtute tua et abundantia in turribus tuis. nam p patientiā in aduersis: et p modestiam in prosperis. acquiritur et conseruat abundātia omnium diuinoꝝ beneficiorum in nobis. Per thalamos aut in quibus homines dormiunt et quiescunt. intelligitur pax. vñ in psalmo tercio. In pace in idipsum dormiā et requiescam. Est aut duplex pax. s. interna. et fraterna ideo dicuntur thalami esse binc et inde ex vtraq; parte porte. et tres ex vna parte. quia pacem internam tria faciunt. Primū est scientia munda Ecclesiastici. xliij. Homines diuites in virtute pulcritudinis studium habētes pacificantes in domibus suis. i. in conscientijs propꝛijs. Secundū est amicitia diuina. Augustinus libro cōfessionum. Inquietū est cor meū donec requiescat in te. et psalmo. cxviij. Pax multa diligentibus legem tuam. que est lex diuini amoris. Terciū est sufficiētia modesta per quam aliquis est contentus bis que habet et sic in se pacificatus: de quo potest exponi quod dicit Mathēi quinto. Beati pacifici quoniam filij dei vocabuntur. tales enim filij dei quodammodo deo assimilātur: qui non indiget aliquo extra se. sed est sibi sufficientissim⁹ Similiter ex altera pte porte sunt tres thalami. quia tria faciunt pacem fraternā. Primū est humilitas vera. que intantum pacifica est. q̄ facit pacifice habitare cum suo contrario: et hoc est speciale in hac virtute. nā castus non habitat pacifice cum luxurioso. nec iustus cum iniquo. sed humilis habitat pacifice cuz superbo quia sicut superbus vult dominari. ita vere humilis subijci. et sic vterq; habet quod querit et per conseq̄ns quiescit. ideo dicitur psalmo. cxix. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. id est cum superbis de q̄bus dicitur Prouerbiorum decimo tercio. Inter superbos semper iurgia sunt. Secundum est equitas iusta sine qua nulla societas potest esse pacifica. sicut patet de societate latronum qui sunt aduersarij iusticie: nisi enim inter se iuste diuiderent spolia statim inter eos oriretur discordia. ideo dicitur Esaie. xxxij. Erit opus iusticie pax. Tercium est taciturnitas debita que tenet os clausum ne ꝓrumpat in verba discordie seminatiua: vnde per oppositum dicitur Ecclesiastici. xxviij. Susurro et bilinguis maledictus. multos enim turbauit pacem habentes. De quolibet autem dictorum thalamorum potest dici quod scribitur Deuteronomij tricesimotercio. Amantissimus domini habitabit confidenter in eo. quasi in thalamo morabitur tota die. qui enim deum vere diligit in dictis thalamis iugiter cōmoratur. post expositionē portarum ꝓcedendum est ad expositionē gazophilaciorum. que supra describunt esse circa pauimentum orientale. Et dicuntur esse triginta per que designat impletio decem p̄ceptorum tēporibus tribus necessaria. s. tempore legis nature et tēpore legis mosaice. et tempore legis euangelice. Denarius autem numerus multiplicatus per ternariū consurgit in tricesimū. Et bene dicuntur gazophilacia a gaza et phylare quod est seruare. nam p impletionem decem p̄ceptorum conseruantur diuitie virtutū. Post expositionē gazophilaciorum sequitur expositio mensarum. que supradicte sunt octo. per quas designātur quatuor partes veteris testamenti et quatuor noui: de quibus tanq̄z de mēsis spiritualibus reficitur totus populus xp̄ianus ꝑm q̄ dicitur Deute. viij. ca. Non in solo pane viuit homo. sed in omni verbo quod egredietur de ore dei. Ex aut vetus testamentū in quatuor partes diuidatur: dixi plenius in principio Genesis. Diuiditur enim in libros legales: hystoriales: prophetales. et sapientiales. Et consimiliter diuiditur nouum testamentum: nam libris legalibus correspondent euangelia. hystorialibus actus apostolorum: sapientialibus epistole pauli et epistole canonice: ꝓphetalibus autem Apocalypsis. De qualibet autē dictarum mensarū potest dici quod scribit Prouerbiorum nono capitulo. Sapientia edificauit sibi domum. excidit columnas septē. immolauit victimas suas. miscuit vinum. et ꝓposuit mensam suā. Scriptura nāq; sacra est mensa sapientie. Post expositionē mensarū. sequitur expositio atrij interioris. in quo ꝑm hebreos quatuor ponuntur. s. altare holocaustorum. gazophilacia sacerdotum hebdomadariorum et gazophilatia cantorum. similiter hebdomadariorū et transitus aquarū a latere altaris. Et quoniam edificatio ecclesie spūalis non solum consistit in moribus eē refectione de mensa sacre scripture. sed etiam in sacramentis. ideo per altare holocaustorum intelligitur eucharistie sacramentum in quo quotidie immolatur agnus qui tollit peccata mundi. Unde dicit Augustinus in libro sentētiarum prosperi. Semel immolatus est christ⁹ in semetipso. et tamen quotidie immolatur in sacramento: inq̄ntum per hoc sacramentum efficimur quotidie participes fructus dominice passionis. Unde et in quadā

dñicali oratione secreta dicit. Quotiēs hui⁹ hostie cō memoratio celebratur. opus nre redēptionis exercet. Vnde aūt altari dr Hebre. xiij. Habem⁹ altare de quo nō habent edere potestatē: bi q̄ tabernaculo deseruiūt ceremonias legis veteris obseruātes. Et qm̄ eucharistie sacrm cū diuinis laudib⁹ est conficiendū, ideo ppe altare. s. in atrio interiori ponunt gazophilacia sacerdotū: hebdomadariox. et similiter cantox p que designantur merita celebrantiū z eis ministrantiuz. Per aquas vo egredientes de templo z trāseuntes ad latus altaris significat sacrm baptismi. de quo dr Joelis. iij. Fons egredietur de domo dñi. z irrigabit torrentē spinarum. Dicunt aūt aque iste egredientes de tēplo. per qd templū significant duo principales nre fidei articuli. s. articulus sancte trinitatis. z articulus incarnationis. vt postea plenius dicet: quia baptismus fm cōmunē ecclesie formā: confert in nomine sancte trinitatis. fm q dicit Mathei vltimo. Euntes docete oēs gentes baptizātes eos in noie patris z filij z spūssancti. z quia in primitiua ecclesia fuit collatus in nomine xpi. vt habet in actibus apostolox in plurib⁹ locis qd est nomen suppositi in quo vniunt natura diuina z humana. De duob⁹ aūt istis sacramētis loquit specialiter Ezechiel ppheta. qz sunt spāli modo sacra noue legis inchoatū xps p se ea instituit z eis vsus fuit in seipso z hoc patet de sacramēto baptismi in q̄tuor euangelijs q̄tū ad vtrūq. s. institutionē z vsum. z similit de sacramento eucharistie q̄tū ad eius institutionē. q̄tū autē ad eius vsum non br in euangelijs exp̄sse. ꝑ hoc tenet cōmunitas ecclesie. qz dicit Actu. j. Cepit ihesus facere et docere. z iō sicut prius baptizari voluit. et postea baptismū aliis imposuit. sic in cena primo corpus suū et sanguinē sumpsit. z postea discipulis sumendū tradidit. vnde dicit Hieronymus ad Lesbiam. Cōns hie sus ipse cōuiua z cōuiuiū. ipe comedēs z q̄ comeditur vnde vsus. Rex sedet in cena turba cinctus duodena Se tenet in manib⁹. se cibat ipe cibus. Per hec aūt sacramēta q̄ principalia sunt alia subintelligunt. Post expōnē atrij interioris ꝓcedēdū est ad expōnem tēpli et qm̄ edificatio ecclie spūalis nō solū cōsistit in moribus z refectione p sacrā scripturā. z sacris. ꝑ etiam in fidei articulis. iō p templū significant sequētia. qd̄ dividitur in tres ptes. s. porticū sanctū. z sanctū sanctox. Per porticū aūt est ingressus ad alias ptes. z ideo per ipsam intelligit articulus vnitatis diuine essentie. z articulus sue ꝓuidentie. q̄tū ad ꝓmiationē boni. et punitionem mali. fides em̄ istox articulox semp fuit necessaria ad salutē. z est ꝓma ad aliox credulitatē. vnde dr Hebre. xj. Credere em̄ oportet accedentē ad deū q: est z inquirentib⁹ se remunerator sit. Per sanctū sanctox intelligit articulus sancte trinitatis. fm tres mānsiones vna sup aliā ibidem exīstes. Licet aūt nō sit ibi superioritas nec inferioritas ꝓprie. tn̄ filius ē a patre. et spūssanct⁹ ab vtroq z fm hoc dixit hilarius q auctoritas est in patre z subauctoritas in filio. Per ptē templi q̄ dr sanctū. intelligit articul⁹ incarnatōis bñdicte: p quā tres nature in suppositō filij sunt vnite. s. natura diuina. aia rōnalis. z caro xpi purissima: q̄ significant p tres mānsiones vnā sup aliā exīstes. diuina nāq; natura fuit ior ē ad aiam. z aia ad carnē. De istis vo duabus tēpli ptib⁹ pōt accipi qd̄ dr Apocal. xxj. Et tēplū nō vidi in ea. s. māle. qz fm istū vltimū exponēdi modū p visionē Ezechielis nō intelligit aliq̄ edificatio materialis. ꝑ tm̄ spūalis. iō sequit ibidē. Dns em̄ deus omnipotens trin⁹ in psonis tēplū eius ē q̄tū ad sctm̄ sanctox. et agnus. i. filius incarnat⁹ q̄tū ad illam tēpli ptē que dr sanctū. Per pilarios aūt tēpli significant miracula cōfirmātia fidē xpi. vñ dr Marci vltimo. Illi aūt pfecti pdicauerunt vbiq; dño cooperante z sermonē cōfirmante sequētibus signis. Per cochleas vo q̄bus ascendit sursum possunt intelligi noticiae creaturarum quibus ascendim⁹ in noticiam diuinox. fm q dicitur Roma. j. Inuisibilia ipsi⁹. i. dei a creatura mūdi. i. ab homine p ea q̄ facta sunt intellecta ꝓspiciunt. sempiterna q̄q; virtus eius z diuinitas. Per appenditia vo circa tēplū existentia. intelligunt oia alia ad fidē ptinētia. eo q ad predictos articulos ānectunt. z qm̄ fides informis mortua est. nisi fuerit charitate formata. iō ex vna pte tēpli ponit edificiū australe: ex q̄ pte ꝓuenit estus calox. iō edificiū australe significat feruorē dilectōnis. Ex altera vo parte edificiū aq̄lonare. ex q̄ pte venit horror frigoris. ppē qd̄ edificiū aq̄lonare significat vonū timoris filialis. Timor em̄ causatiuus ē infrigidatōis z tremoris. vt p̄z ad sensū dictū est aūt supra q in his duob⁹ edificijs ē habitatio sacerdotum. qz sacerdotes esse debēt in cōtinuo timore ne deū offendāt z in feruore dilectōis vt ei devote deseruiāt De istis edificijs aq̄lonari z australi p̄t accipi qd̄ scribitur Canticox. iiij. Surge aq̄lo z veni auster p̄fla hortū meū. z fluant aromata illius. Per spūm em̄ timoris z dilectionis fluūt aromata charismatū in horto ecclesie militantis. per q̄tuor aūt atriola p̄t intelligi q̄tuor virtutes cardinales. de q̄bus atrijs dr ps. lxxxiij. Melior est dies vna in atrijs tuis sup milia. Nam cōmorari in exercitio virtutū cardinaliū est optimū. Per culinas vo seu coquinas p̄t intelligi doctores sacre scripture devoti. q̄ suis meditationib⁹ decoquunt cibū sacre scripture vel alij possint inde reficī. fm illd ps. xxxviij. Cōcaluit cor meū int me z in meditatōe mea exardescet ignis. iste vo coq̄ne sunt in atriolis situate. qz doctores sacri eloquij debent ꝓpius in q̄tuor virtutibus cardinalib⁹ esse exercitati. dr em̄ ꝑ ethy. q moralis pbie nō est ꝓficiēs auditor. ille q̄ ē secutor passionū. z multo min⁹ est ꝓficiēs auditor theologie. z adhuc multo miu⁹ cōueniēs ei⁹ doctor. ppē qd̄ in sacre scripture doctorib⁹ p̄requirit exercitius in virtutib⁹ moralib⁹. vñ dicit phs. vij. physicox. q sedēdo z q̄escendo fit aia sciens et prudēs. qz sedendo turbatōnes passionū. z q̄escendo ab impulsionib⁹ earū qd̄ fit p virtutū moraliū exercitiū. acquiritur sanctarū noticia scripturarū. Post expōnē templi et edificiox circa ipm̄ dicendū est q̄d significet p sacerdotes in ipo ministrātes. Circa q̄s q̄q; sunt supius descripta. s. eox genus. habitus. modus. victus z actus. Circa primū dr q̄ sint filij sadoch. qui interpretat iust⁹. et p hoc designat q ecclie ministri debēt esse p imitationē spālem filij xpi qui dr antbonomatice iustus Esaie. xlv. Rorate celi desup z nubes pluant iustū aperiatur terra z germinet saluatorē. vñ Johes apls de se et sibi similib⁹ dixit. j. canonica. iij. ca. Videte qualē charitatez dedit nobis pr. vt filij dei noiemur et simus. Q̄ntum ad scm̄ dr q̄ habeant vestes lineas. p q̄s in ministris ecclie designat mentis et corporis puritas z subditur. Q̄ femoralia linea operiant turpitudinē carnis sue. p qd̄ significat q in ministris ecclie nihil turpitudis aut dissolutōis in vbo gestu vel facto debeat apparere. vñ dr Exo. xix. Sacerdotes q̄ accedūt ad me sanctificēt ne ꝓcutiā eos. Dicit etiā supra de sacerdotibus q in alijs vestib⁹ ministrent in tēplo. z in alijs bitent cū ꝓplo. qd̄ implctū videt in noue legis sacerdotio. Q̄ntū ad tertiū dr q sacerdotes comā nō nutriāt. ꝑ attōdētes tondeāt. p qd̄ significat tonsura clericalis in ministris noue legis. Q̄rtū ad q̄rtū vo dr q sacerdotes nō comedāt captū a bestia nec p se mortuū. p qd̄ designat. q ministri ecclesie nō debēt de rapina vel alio illicito viuere. Item de sacerdotib⁹ dr q vinū non bibant. q̄n ingressuri sunt tēplū p qd̄ intelligit q in ministris ecclie esse debz sobrietas et potissime q̄n debēt celebrare. tūc em̄ in eis requritur nō solū ieiunium ecclie. ꝑ etiā nature: q̄tū ad q̄tū dr q celebret divinū officiū. z q vocēat ꝓplm. q̄d sit mundū z immundū: z quidē in dubijs determinēt q̄d sit tenendū. p qd̄ designatur q in ministris ecclie debet esse devotio ad debite celebrandū diuina. z sacre scripture cognitio. ad decidendū ꝓplm q̄ sunt licita z que illicita. z ad determinandū q̄ in dubijs sunt tenēda. ista tn̄ cognitio maior requritur fm q alijs in ecclie gradu maiori cōstituunt. ppter qd̄ de ignorantib⁹. Osee. iij. Quia repulisti sciam repellaz te: ne sacerdotio fungaris mihi.

In mystica tione. vbi dr in postilla. Per aqs xo egredientes de templo. Additio.

Eistis aquis egredientib⁹ de tẽplo plura ponunt in lra que postillator ptermisit in exponẽdo. vt cũ dicit. Mẽsus ẽ mille cubitos. t ẽduxit me p aquã vsq; ad talos. Rursumq; mille mẽsus ẽ et traduxit me p aquã vsq; ad genua tc. q̃ oia nõ est intelligẽdum supfluefuisse dicta. vñ in glosa sub q̃libet pticularũ bic ptentor⁹ mysteriũ tradit. t iõ si q̃s de bis q̃ bic ptinentur plenius vult informari ad illam recurrat.

d Anno vno.i.primo fm modū loq̄ndi hebraicū. vñ dī Gen.j. Factū est vespe ⁊ mane dies vn⁹.i. primo.

e Ego daniel intel.in libris hieremie.

f Numeꝝ annoꝝ tc. Et nota q̄ iste cui reuelabant diuina secreta nihilomi⁹ tn scripturā hiere. ⁊ alioꝝ ꝓphetaꝝ legebat. ꝯ illos q̄ confidentes de ꝓprio ingenio credunt videre dicta alioꝝ.scriptura aūt illa de q̄ fit hic mentio dī Hiere.xxix. Cum ceperint impleri in babylone.lxx.anni visitabo vos: ⁊ suscitabo sup vos verbū meū bonū ⁊ reducam vos ad locū istū tc. Completōem aūt annoꝝ appropinq̄ntē intellexit p tpa regum q̄ regnauerāt a p̄ncipio desolatōis hierlm vsq̄ ad tp̄s illud p q̄ fuit oñsum Esdre.j.c.q⁹ b desolatio fuit ꝓpleta anno.iiij.cyri: ante cyꝝ vo dari⁹ medus regnauit duob⁹ annis. ⁊ sic ꝓplemētum desolatōis distabat tm̄.v. annis. ⁊ principio sexti. qz cyr⁹ de urto āno suo regnauit tm̄ in p̄ncio añ dictū ꝓplementū: vt ibidē dictū fuit.

g Et posui faciem meam ad de.i. attentōz mentis ⁊ faciem corpis. qm̄ ysa facie ysus hierlm orabat vt dictum est.s.vj.

b Rogare. feruēter.

i Deprecari.pseueranter.

k In ieiunijs. vt simul fieret deo sacrificium p spūs oīonem. ⁊ p carnis eius maceratiōem.quia scribit Thobie.xij. Bona est oīo cum ieiunio.

l Cilicio.i. cilicio.

m Et cinere.i.recordatōe fragilitat⁹ humane. h erat modus iudeoꝝ qñ erant in afflictōib⁹ positi ponere cinerem sup caput in signū humiliatōz. qz dī Eccl.xxxv. Mīo humiliātis se nubes penetrabit. Sz vī hic q̄ daniel peccauerit orādo p liberatōe ꝓpli: qz talis oīo vī p cedere ex q̄dam dubitatōe: ne implerēt verbum dei dictum p Hiere. de liberatōe ꝓpli tpe determinato. ⁊ hic vī imporare defectum fidei. Dām q̄ daniel orabat p diuine ꝓmissionis impletiōe: nō qz dubitaret de dei fidelitate. s vt oñderet se gtum deo de ꝓmissione pi⁹ facta. Item daniel sciebat ꝓmissiones diuinas impleri p oīones bonoꝝ. qz sicut de⁹ ordinat aliq̄d futurū. ita etiam ⁊ modū euenīendi: qz vtrūq̄ cadit sub diuina ordinatōne. s. res ⁊ suus modus. ⁊ iō orabat impleri ꝓ-

missionem a deo factam. Item ꝓmissiones diuine in sacra scriptura sp intelligẽde sunt sub ꝺditõe. s. nisi ponat in pedimentũ ex pte illi⁹ cui ꝓmissio fit deũ offendendo. vñ dr Hiere. xviij. Subito loqr de gente z de regno vt edificẽ z plantẽ illud: si fecerit malũ in oculis meis: vt nõ audiat voce meaz pniaz agam sup bono qõ locut⁹ sum: vt facerẽ et Timebat ãt daniel ne filij isrl ꝓ pctã sua posuissent impedimẽtũ diuine ꝓmissionis: z lõ orabat dñm ad tollendũ istud impedimẽtũ si eẽt. Per ꝑdicta ptz argumẽtum. qz oro danielis nõ ꝓcedebat ex aliqua infidelitate ꝫ mag ex bonis causis.

n Et orauí de minũ. hic ꝓñr describit ꝓfessio penitentis. vbi notandũ q daniel assumit i se ꝑsonaz ꝓpli isrl. qz ñ erat talis et atis nec ꝺditõnis q talia mala egissz qñ fuit trãslat⁹. qz puer erat sanctus ꝫ pctm ꝓpli isrl dicit pctm suum inchoatiuz erat ꝓpli illi⁹ membz. Procedit ãt sic qz ꝓfidendo primo narrat malicias deprauãtes. scdo removet circũstantias excusantes. ibi. Non obediuim⁹. tercio exaggerat ꝺditões ꝫ grauantes. ibi. Et stillauit. Et nota q in oib⁹ istis attribuit deo iusticiam. z sibi z ꝓpło isrl iniusticiaz. Circa primũ notandũ q malicie deprauãtes sunt ꝑ bonos mores omittendo ꝑcepta z faciẽdo ꝓhibita. dicit igit ꝓponens dei magnitudinẽ z demẽtiam. vt ꝑ hoc pctm ꝓpli grauius appareat.

o Obsecro dñe deus magne. qz supueniet omnib⁹ q possumus de eo cogitare vel dicere.

p Et terribilis. transgressores puniendo.

q Custodiens pactum. ꝓmissa implendo.

r Et miscõiaz. vltra ꝓmissa addẽdo ꝫ q̃b⁹ ꝫ fit ꝺdit

s Diligẽtib⁹ te zc. corde z ope. Alteri⁹ incipit pctã ꝓfiteri di.

t Peccauim⁹. in omni genere pcti. s. qõ explicat ꝓñr.

v Iniq̃tatem fecim⁹. ꝑ homines.

x Impie egim⁹. ꝑ demm. pietas eñ est cultus diuin⁹ z ꝛ impietas est recessus a debito cultu diuino.

y Et recessim⁹ a mãdatis tuis. ea totalit deserendo.

z Et declinauim⁹. primo paulatim ꝑnium agẽdo. qz nõ statim decidit homo in ꝓfundũ pctõz. Dicit ãt a mandatis tuis. ꝓpter ꝑcepta moralia. Ac iudicijs. ꝓpt iudicialia.

a Non obediuim⁹. Hic ꝓñr removet circũstantias excusantes q̃ sunt ignorantia z infirmitas. Primũ removet ꝑ hoc q ꝓpls isrl fuit inobediens vbis ꝓphaz ex ore dei loq̃ntium. Scõm removet ꝑ hoc q nõ solũ orauí dñm deũ z ꝓfessus suz z dixi ° Obsecro dñe de⁹ magne⁹ z terribilis ⁹ custodiẽs pactum[r] z miscõiaz ˢ diligẽtibꝰ te: z custodientibꝰ mãdata tua: [t] peccauim⁹ ᵛ iniq̃tatẽ fecim⁹ [x] impie egim⁹ [y] z recessim⁹: [z] z declinauim⁹ a mandatis tuis: ac iudicijs. [a] Nõ obediuim⁹ vocẽ tuis ꝓphetis q̃ locuti sũt in nõie tuo ᵇ regibꝰ nr̃is principibꝰ nr̃is ꝓtribꝰ nr̃is ᶜ oiq̃ ꝓpło t̃re. ° Tibi dñe iusticia: nob ãt ꝓfusio faciei sicut est hodie viro iuda z hitatoribꝰ hirlm z omni isrl: his q̃ ꝓpe sunt: z his q̃ ꝓcul in vniũsis terris ad q̃s eieciſti eos ꝓpt iniq̃tates eoz in q̃bꝰ peccauerũt i te dñe. Nobis ꝓfusio faciei ᵇ regibꝰ nr̃is: principibꝰ nr̃is z patribꝰ nr̃is: q̃ peccauerũt [c] Tibi aũt dño deo nr̃o miscõiaz z ꝓpiciatio: qz recessim⁹ a te. z nõ audiuim⁹ vocem dñi dei nr̃i vt ambularemus in lege eius: quã posuit nob ꝑ ꝓphetas suos ꝓphetas z oĩs israel ꝑuaricati sũt legẽ tuam: z declinauerũt ne audirẽt vocẽ tuaz: [f] z stillauit sup nos maledictio z detestatio q̃ scripta ẽ in libro moysi ꝑui dei qz peccauim⁹ ei⁸ Et statuit ꝓmones suos q̃s locut⁹ est sup nos z sup principes nr̃os q̃ iudicauerũt nos: ʰ vt supinducẽt in nos magnũ malum: q̃le nũq̃ fuit sb oi celo: ꝓm q̃ factũ est i irlm: sic scptũ ẽ i lege moysi ⁹ malũ hoc venit sup nos. [l] Et nõ rogauim⁹ faciẽ tuã dñe de⁹ nr̃: vt reuocẽmur ab iniq̃tatibꝰ nr̃is: [k] z cogitare m⁹ veritatẽ tuam. [l] Et vigilauit dñs sup maliciã [m] z adduxit eã sup nos. Iust⁹ dñs de⁹ nr̃ in oĩbꝰ opibꝰ suis q̃ fecit. Nõ em audiuim⁹ vocez eius. [n] Et nũc dñe deus nr̃: qui eduxisti ꝓplm tuum de terra egypti in manu forti z ꝓpulisti nob sicut hodie. peccauim⁹ impie egim⁹.

vulgares homines peccauerunt. imo etiam illi q̃ credebant esse viri ꝑfecti in ꝓplo. z hoc est qõ dicit.

a Non obe. huis tu. ꝓpt. q̃ lo. sc̃ in no. tuo. nõ ex capite ꝓprio.

b Regib⁹ nr̃is. pñr. no. z pa. nr̃is. i. sacerdotibus q̃ qi patres habebant.

c Omniq̃ ꝓplo terre. hoc addit vt nemo appareat excusabil.

d Tibi dñe iusticia. qz ista mala incurrim⁹ ꝓpt pctã nr̃a: sequit.

e Tibi aut dño deo nr̃o misc. zc. qz citra ꝺdignũ punisti nos. Et nota q frequẽt hic repetit eandem sniaz sub aliis vbis eñdendo dei iusticiã z misericordiã z ꝓpli isrl iniq̃tatem. talis ei est ꝺditio loq̃nt⁹ ex affectu z ꝑsuadẽt⁹ iudicẽ vt ipm moueat ad clemẽtiaz.

f Et stilla. b scribit ꝺditões aggrauantes q̃ sunt obstinatio in pcõ: et ingratitudo de bnficijs acceptis q̃ patẽt ex hoc q lz dñs ꝑcuteret eos paulatim ad eoz correctõz: z mitteret ꝓphetas ad reuocãdũ eos: nõ sunt tñ reuersi ad rogãdũ dñm. z reꝯtiandũ de pena correctione ꝫ obstinati sunt in malis suis. ꝓpt qõ finalit venerũt maledictões sup eos scripte in lege moysi ꝺeu. xxviij. vbi maledicunt trãsgredientes legem dñi: z hoc est qõ hic dr.

f Et stilla. sup nos maled. zc. z bene dicit stillauit. qz nõ sil vno impetu descendit sup eos dei punitio. ꝫ ꝓmo passi sunt alias ꝑsecutões ꝑticulares ad eoz reuocatõz z correctõz antecẽ totaliter captiuarent ꝑ Nabuc. vtz ex decursu. iiij. li. Reg. z. ij. Paral. sequit.

g Et sta. ꝓmo. suos zc. i. stabiles oñdit in punitione nr̃a iusta: sequit.

h Ut supindu. in nos malũ zc. Figura hypbole est ad designãdum magnitudinẽ sue tribulatõis vel ꝓm veritatẽ histozie põt hoc exponi de templi ꝺbustione in q̃ de⁹ colebat. z tale malũ nõ fuit factũ alicubi. qz in nullo alio loco erat templũ deo celi dedicatum.

i Et ñ ro. fa. tuã vo. de. nr̃ vt reuer. zc. in q̃ oñdit eoz obstinatio.

k Et cogita. veri. tuã in puniendo nos.

l Et vigi. do. sup mali. nrãz. s. sup maliciam culpe.

m Et addu. eam super nos. puniendo nos iuste. cetera patent.

n Et nunc dñe. Hic ꝓñr declarat intentio postulantis. z primo q̃tum ad petitõis materiam. scdo q̃tum ad impetrandi fiduciam: ibi. Propter temetipsum. tercio q̃tũ ad petentis instantiam z deuotõz: ibi. Exaudi dñe. Circa primũ ꝓsiderãdũ q mã sue petitõis est dupler. s. amotio mali z collatio boni. Ad impetrãdum primũ reducit ad memoriã malũ seruitutis egyptiace ab eis amotũ ꝑ dñm qz modus magnifici est dare citi⁹ bñficiũ postulatũ. qñ ꝓcedẽs bñficiũ ad mẽoriaz reducit vt bz. iiij. etb. z hoc facit

Daniel in ꝓposito.b. u Et nūc dñe. te⁹ nr̄ q̄ eduxisti ꝑpl'm tuū te ter.egypti in ma. fort. pharaonē ꝑcutiendo z mirabilia ꝑ ꝓle tuo faciēdo.q̄ nō poterāt fieri nisi ꝑtute infinita. a Et fecisti tibi nomē.qz ꝑ illud factū nomē dñi publicatū fuit q̄si ꝑ vniuersam terrā. b Secūm diem hanc.i. vtz in hac die.qz filij isrl' tunc dispsi p orbez narrabunt ea q̄ dñs ꝑ eis fecerat i egypto sequit.

c Auertatur obsecro ira tu. te. metaphorica ē locutō te⁹ essn dz irasci qñ punit qz ad modū irati se hz z sic Daniel petit punitōis amotionem.

d A ciuitate tua birlim.in q̄ vigebat cult⁹ diuin⁹ ex diuina electōne.

e Et a mōte sancto tuo.i q̄ erat tēplum.qz illa ps ciuitatis birlim in q̄ erat tēplū erat mōtuosa: sequit.

f Birlim z ꝓpl'us tuus in obꝓbriū sunt oib⁹ p circuitū nr̄m. qz nō solū mō babylōij captiuauerūt filios isrl'.ꝫ etiam assyrij z alij ꝓpl'i q̄ erant in circuitu eor. multos detinebāt captiuos. de filijs israel. g Et onde faciem tuā. hic ponit scdm qd est materia sue petitōis.s.collatio boni. h Pi sanctuariū tuū ꝛc.q.d.restitue ciuitatē z tēplū i statū pristinū. i Propter temetipm.hic scdo tangit impetrandi fiducia.qz innitit diuine bonitati z clemētie z nō ꝓprie iustitie: z hoc est qd dicit. Propter temetipm.i. ꝓpē bonitatē tuam.inclina te⁹ me⁹ ꝛc.

k Exaudi dñe.Hic describit orantis instantia cum dr. Exaudi dñe.ꝑces benigne audiendo.

l Placare.offensam remittendo.

m Attende z fac.nobis ꝓsolatōz ꝓfectam tribuendo.

n Ne moreris.qz tōus instat in q̄ ꝓmisisti ꝓsolatōz dare nobis. o Propter temetipm.vt.s.veritas tua cūctis appareat.z bonitas. z vt cult⁹ tibi debitus ꝓsoluat, ꝓpē qd subdit. Quia nomē tu.est inuo.sup ciuitatē ꝛc.

p Cumq; adhuc loqrer.descripto merito oronis ex pte danielis.hic ꝓpr ponit modus reuelatōis ex pte gabrielis.z diuidit in duas ptes.qz primo ponit danielis excitatio.scdo ei facta reuelatio.ibi.Lxx.hebdomadas. Circa primū dicit sic.

p Cūq; adhuc loqrer.ꝓfitendo dei iusticiam z potentiaz.

q Et orarē.inuocando ei⁹ clemētiam.

r Et ꝓfiterer pctā ꝛc.ad impetrādum indulgentiam.

s Adhuc me loqnte.in q̄ ondit velocitas exauditōnis diuine. t Ecce vir gabriel.qz in spē viri angelus apparebat. v Quē videram in visione a pncipio.i.in visione descripta ca. ꝑce. x Cito volans.in q̄ exprimit ꝓmptitudo angelor ad exeqndum dei mandatum.

y Tetigit me.excitando z ꝓfortando.

z In tpe sacrificij vespertini. Et quo patz q̄ a mane vsq; ad vesperam orauerat daniel. Patet etiam q̄ ꝑdicta ꝛba orationis,plata fuerūt cum magno tractu temꝑis z meditationis.z talis oratio est deo acceptabilis:non autem illa in qua sunt multa verba multiplicata sine attentōe ai z deuotōe:q̄lis est oro ethnicor.vt dr Mat.vj.

a Et vocuit me.de futuris ad ꝓsolatōz ꝑpli israel.

b Dixitq; daniel:nūc egressus sum vt vocerem te ꝛc. Dicunt aūt angeli egredi q̄n mittunt ad nos a facie dei nō q̄ ab eius ꝓtemplatōe recedant. ꝫ qz ad nos q̄ sum⁹ remoti accedunt.

c Ab exordio ꝑcum tuar.hoc dicit vt ostēdat orones danielis acceptam corā deo.

d Egressus ē ꝓmo.i. dei sma d futuris.

e Ego aūt veni vt indicarē.s. dei smaz.

f Quia vir desideriorum.s.do amabilis.vl' alr. Desiderior.i. d siderans scire secreta diuina ad dei laudem z ꝓpli liberatōz.

k Exaudi dñe l placare dñe: m attende z fac. n Ne morer⁹ ꝓpr temetipm te⁹ me⁹: qz nomē tuū inuocatū ē sup ciuitatē:z sup ꝓpl'm tuū. p Cū q; adhuc loqrer q z orarē: r z ꝓfiterer pctā mea z pctā populi mei isrl': vt ꝓsternerē ꝑces meas in ꝓspectu dei mei ꝓ mōte scō dei mei: s adhuc me loqnte in oratione mea t ecce vir gabriel v quē videraz in visione a pncipio: x cito volās y tetigit me z in tpe sacrificij vespertini: a z docuit me z locut⁹ ē mihi: dixitq; b daniel nūc egressus sū vt docerē te z intelligēs c Ab exordio ꝑcū tuar d egressus ē ꝓmo. e Ego aūt veni vt indicarē tibi f qz vir desideriorum es g Tu aūt

g Tu aūt animaduerte sermonēm z intellige. Frequenter excitat cum angelus ad ondendum magnitudinem z altitudinem diuini secreti sibi reuelandi qz aduētus xpi apud hebreos habebat ꝓ maximo secreto. Ad quod notandum.lxx.interptes illud Esa.ix. Vocabit nomen eius admirabilis:consiliarius,de⁹ fortis ꝛc.sic transtulerunt. Nomen eius magni consilij angelus: z in hoc officium ecclesiasticum sequit trāslationem eor.qz sic accipit in introitu misse maioris in natiuitate dñi. Septuaginta hebdomadas.hic ꝓsequenter ponit reuelatio facta Danieli.z diuiditur in duas ptes.qz primo ponit reuelatio ipsa.secundo ipsius reuelationis expositio.ibi. Scito ergo z animaduerte. Circa primum ꝓsiderandum q̄ Daniel motus ex ꝓsideratione ꝓbetie Hiere. orabat ꝓ cōsolatione populi israel z liberatione eius de captiuitate babylonica.vt visum est in princ.ca. Et dñs qui plus dat q̄ ab eo petit ex abundanti non solum sibi hoc futur⁹ reuelauit.ꝫ etiaz liberationem fiendam ꝓ xpm cui⁹ erat figura illa liberatio de captiuitate babylonica.z sic dominus reuelauit danieli plenum intellectum ꝓbetie quia in illis.lxx.annis.in fine quor liberatio captiuitatis babylonice facta est.figuratus fuit numerus septuagenarius hebdomadar.in cui⁹ fine erat fienda liberatio ꝓfecta per xpi passionem. Ad intellectuz aūt dicendor duo sunt hic ꝓmittenda. ꝓmū est q̄liter accipienda est hic hebdomada.scdm est q̄ntum ꝓtinet lxx.hebdomade. Circa primū sciendū est q hebdomada idem est qd septena.z iō aliqui dixerunt q hic accipitur septena vel hebdomada iubileor:quarum quelibet ꝓtinet.l.annos. Alij aūt dixerūt q hic accipit hebdomada centenarior quar q̄libet ꝓtinet centum annos. Sz vtrūq; istor ptz falsum.primo qz adhuc nō esset ablatum sacrificium z hostia de hierusalem, nec

ciuitas birlm destructa p ducem popli romani: qz il
le hebdomade nō essent implete. Contrarium aūt ma
nifeste apparet vez. qz ante ista multis tpibus ciuitas
birlm destructa est p romanos: z p ois sacrificiuz ab
latum est inde z hostia z oblatio. qz nō est licitum iu
deis talia offerre alibi. Item nunq̄ inuenīt in scriptu
ra hebdomada iubileoz vel centenarioz. ꝑ bene inue
nīt hebdomada diez Leui. xxiij. vbi agīt de feste pen
theco. z hebdomadā annoz Leui. xxv. vbi agīt de iu
bileo: z iō exponere būc passum de hebdomadis iubi
leoz vel centenarioz est ficticium: cum talis hebdo
mada vel septena nō inueniat alibi in scriptura. Item
iudei nunq̄ accipiunt hebdomadam centenarioz vel
iubileoz. nec alīq̄ eoz vnq̄ exposuerī sic istum locuz:
z iō xp̄iani q̄ sic volunt exponere magis iudaizant in
hoc q̄ ipsi p hoc ꝯcludentes q p locum istum nō pōt
ꝓbari Xp̄i aduentū esse ꝯpletum. Alio mō pōt accipi
hebdomada vel septena diez: sicut accipīt ꝯmuniter
z hoc mō non pōt accipi hic: qz totum tps. lxx. hebdo
madaz nō ꝓtineret vltra annū z dimidium. z sic qō ꝺ
pdicīt implēdū in illis. lxx. hebdomadis fuisset imple
tum infra annum z dimidiū. tercio mō accipīt hebdo
mada vel septena annoz. q̄z quelibet ꝓtinet. vij. an
nos. z hoc mō oportet q accipiat ꝺ p locum a diuisio
ne. qz nullo pdictoz modoz pōt accipi. nec alius mo
dus pōt rōnabilīt dici ab eis: cū nō inueniat hebdoma
da aliter dici in scriptura. nec etiaz in vsu ꝯmuniter lo
quentiū. Sz adhuc restat dubium qualiter accipīt ꝺ
annꝰ. qz vt dictum est hic iste hebdomade sunt annoz
z sic acceperūt etiam omnes expositores tam hebrei
q̄z catholici. Sz dubium est vtz isti anni intelligant
lunares vel solares. q̄ distinguunt abinuicem. qz an
nus lunaris est breuioz anno solari. xj. diebꝰ. Dicit igr
beda z aphricanus z expositores catholici ꝯmuniter
ipsos sequntes q iste. lxx. hebdomade sunt annoz lu
narium. Mouenī aūt ad hoc dōm q iudei sic ꝯputāt
vt dicūt. Item p hoc q in lra iste hebdomade dicunt
abbreuiate. z sic videnī intelligi de hebdomadis an
noz lunarium q̄ sunt breuiores q̄z hebdomade solari
um. Sicut enī annꝰ solaris excedit annū lunarem in
xj. diebꝰ. sic hebdomada vna annoz solariuz excedit
hebdomadaz annoz lunariū. in. lxxvij. diebꝰ. Sz hoc
dictū nō videt vez. primo qz iudei nō ꝯputant p an
nos lunares ꝙ solares. alīt sequeret q pascha eoz iaz
circuisset totum annū. ita q celebratū fuisset in q̄libet
tpe anni. qz tenēt facere pascha de mādato legis. xiiij.
luna primi mēsis. Si igīt ꝯputaret p annos lunares
seq̄ret q revoluto āno pascha eoz celebraret p. xj. di
es ante solēnitatē paschalē p̄cedentꝫ anni. z sic ꝯnr de
alijs solēnitatibꝰ paschalibꝰ. Ex quo ptz q infra satis
breue tp̄us celebraret in omnibus tpibus anni. quod
manifeste ptz falsum ex vsu eoz. Et iō dicendum q lz
iudei incipiant annū a prima luna xpinoctioi eq̄noctio
vernali. tn̄ p emboliſmos fit eq̄tio tpis apud eos. qz
tercꝰ annus apud eos hz. xiij. lunatiōes. Item qō dī
q hebdomade dicunt hic abbreuiate: non valet: qz in
hebraico dī: p̄cise: z sonat: ac si diceret q illud tp̄s est
determinatum z taxatum a deo. ita q illa abbreuiatio
nō sonat hic diminutōz ꝙ magis determinatōez tpis z
p̄finitōem. Item expositores iudeoz sup locum istuz
nunq̄ fecerūt mentōz de annis lunaribꝰ ꝙ tm̄ de solari
bus. ex quo ptz q sunt accipiendi anni solares: aliter
nō haberemꝰ argumētum ꝯ iudeos cū nullus eoz mō
pdicto accipiat. Item in toto ve. testa. fit ꝯputatio p
annos solares. z omnes sic ꝯputant. sicut manifeste
patet in Genē. z in alijs libris. Ex quo patet q dictum
bede z aphricani z alioz seq̄ntiū supponit falsum. sic
igīt ptz primū. s. qualīt hebdomades sunt accipiende
s. hebdomades annoz solarium. annꝰ aūt solaris ꝓti
net. ccclxv. dies. annus aūt lunaris minoz est. xj. diebꝰ
vt dictum est. Sc̄dm quod est p̄mittendum est q̄ntū
tempus ꝓtinet iste. lxx. hebdomades. z patet defacili q.
cccclxc. annos solares. quia quelibet hebdomada ꝓtinet
vij. anos. si vō multiplicēt. lxx. p septē. resultant. cccclxc.
His visis accedendum est ad exponēdum lrām. z cir
ca hoc ponenda est z reprobanda quedam expositio que
apud iudeos est ꝯmunioz z celebrioz z est expositio Ra.
sa. Iste igīt Ra. sal. incipit computationem septuaginta
hebdomadaz a destructione templi facta per Nabuch.
z dicit eas completas in destructōe secundi templi per
Tytum z Vespasianum. ita q temp⁹ medium int istas
duas destructiones ꝑm ipsum non ꝓtinet nisi. cccclxc. an
nos in q̄bus licet populus israel sustinuerit aliquas ad
uersitates. tamen cum hoc habuit aliquas ꝓsperitates.
quia redijt de captiuitate babylonica z templum fuit re
edificatum z ciuitas z sacerdotes. z principes in populo
ꝓprijs legibus vti ꝑmissi sunt. Sed post destructioem se
cundam p Tytum z Vespasianum completis hebdo
madis predictis sunt in pfecta captiuitate in qua dimit
tit eos deus. vt dicit Ra. sa. vt per hoc desistant a pecca
tis z puniant ꝙ p̄teritis z mereant q visiones ꝓphetaz
de Xp̄o impleant. z ista captiuitas durabit vsq̄ ad ad
uentum Xp̄i. Sic igīt adaptat lrām. Variat tamen lite
raz aliquo modo. accipiendo in aliquibus locis aliter q̄
habeat translatio nostra: vt videbitur exponendo lrām.
Dicit igīt sic. Septuaginta hebdomades. i. septuaginta
septene annoz que continent tempus predictum. Dre
cise sunt. hec est litera hebraica. ꝑm enim. i. cum p̄cisione
diffinite a deo. ita q nō sunt plures nec pauciores. Sup
populum tuum. s. israel. Et sup vrbem sanctam tuam. s.
hierusalem a prima destructione que facta est per Nabu
chodonosoz vsq̄ ad secundam que futura est. ad hoc vt
perfecte puniant de malefactis suis: ꝓpter quod sequīt.
Et consumetur preuaricatio. id est vt desistant a preua
ricationibus suis. z p hoc mereantur apud deum ꝙ dele
atur iniquitas eoz. Et adducatur iusticia sempiterna. id
est vt in sempiternum iusti fiant: et tūc finaliter. Imple
atur visio z ꝓphetia. id est ꝑmissiones facte per ꝓphetas
de Xp̄o. Et vngatur sanctum sanctorum. vbi enim nos
dicimus Sanctus. Ra. sa. dicit Sanctum. z in hebraico
non est distinctio. quia eodem modo scribitur z pronun
ciat in neutro z in masculino. Sic igīt exponit. Ungat
sanctum sanctoz. id est templum quod reedificabīt per
messiam. z archa testamenti z alia vasa sanctuarij. Scito
ergo. Hic ponīt explicatio predicte visionis magis in p
ticulari: quod sic exponit Rabi Salomon. Scito ergo z
animaduerte. verba sunt angeli Danielez excitantis ad
attendendum. De exitu sermonis. ita q vbi dicimus: ab
exitu. dicit de exitu. vt per prepositionem coniunctaz nō
designet terminus a quo fit incipienda computatio. sed
tenotetur materia de qua angelus vult loqui. quia supra
dixerat Danieli. Ab initio precum tuarum egressus est
sermo. Ut sit sensus. Tu Daniel scito z animaduerte de
exitu sermonis vt iterum edificet hierusalem. id est intel
lige diligenter qualiter ꝑmo egressus a deo de edificatio
ne hierusalem sit intelligendus. Quia vsq̄ ad Xp̄m du
cem hebdomades septem. i. vsq̄ ad Cyz qui dictus est
Christus Esa. xlv. Hec dicit dominus christo meo cyro
&c. Ipse enim fuit dux iudeoz inquantum p̄cepto eius
reducti fuerunt de captiuitate babylonica. z a destructio
ne templi z ciuitatis facta p Nabuchodonosoz vsq̄ ad
primum annum Cyri fuerunt quinquaginta duo anni q̄
faciunt septem hebdomades annoz. i. xlix. annos. z ad
huc vltra tres annos. ꝙ angelus nō numerabat nisi heb
domades perfectas. Tres autem annos qui pertinent
ad hebdomadam sequentem dimisit. quia numerantur
cum hebdomadis sequentibus. Et hebdomadis. lxij. re
uertetur. ita q vbi dicimus Hebdomades. lxij. in nomi
natiuo: ipse ponit in ablatiuo: z hoc fit sine mutatione li
tere hebraice. quia omnia nomina hebraica sunt indecli
nabilia: ita q non est variatio ibi p casus. ꝙ tantum per
plurale z singulare. Et vbi dicimus. Et iterum. ipse dicit

Reuertet.qz in hebraico satis ꝓsimiliter scribunt. Sic ꝯ exponit. Et hebdomadis.lxij.i.in tempe qđ fuit a licētia data p cyz reuertendi vsqz ꝙpe destructōem factam per Tytum. Reuertet.s.ꝙplus de captiuitate. Et edificabit plat ea.i.ciuitas. Et muri in anguſtia tpm.qz in tēpe illo toto habuerūt aliqua ꝙspera.vtz in reditu captiuitatis z reedificatōe templi z ꝓsimilibus.z etiam aliqua aduersa. Et post hebdomades.lxij. occidet Xp̄c.i. agrippa rex de quo legit Act.xxvj.q fuit rex in iudea.z sic dr Xp̄c ꝓpter hoc q reges inūgebant:sicut de Saule dr.ij. Reg.j. Quare nō timuisti mittere manum in xp̄m dñi. Iste aūt agrippa vt dicit Ra.sa. occisus est circa illa tpa in qbus destructa est ciuitas p Tytum z Uespasianum. Et nō illi.sic em̄ est in hebraico:vbi dicim⁹. Et nō erit illi ꝙplus q̄ eum negaturus est.sic ꝯ exponit. Et nō illi.i. ipse agrippa non erit.qz p mortem tollet de medio. Ulq aūt iudei moderni hoc addūt sic. Et nō ei.i.non agrippa nec aliqs rex decetero de gente iudeoz:quouscz veniat Xp̄c ꝓmissus in lege z ꝙphetis. Et ciuitatem z sanctuarium dissipabit ꝙplus cum duce.venturo hoc exponit sicut z nos de destructione hierlm z templi facta p ducem ꝙpli romani. Et finis eius vastitas.i.finis populi romani.qz ille ꝙplus z omnes aduersarij iudeoz finaliter vastabunt p regem messiam. Et vsqz ad finem belli statuta desolatio.ita q vbi dicimus. Post finem tē.ipse dicit: vsqz ad finem tē.qđ exponit sic ꝓtinuando ꝓdictis:q licet omnes aduersarij iudeoz vastent finaliter p messiam:vt dictum est:tñ statuta.i.a deo diffinita desolatio ciuitatis hierlm z regni iudeorum erit vsqz ad finem belli.s.gog z magog: de qbus loquit Ezech.xxxviij. Et deuincent p regem messiaz.z tūc restituet ciuitas hierosolymitana z regnū iudeoz.vt dicit iste Ra.sa. Cōfirmabit aūt pactū multis hebdomada vna tē. qz in vltima septena annoz fuerunt treuge inter ꝙplm romanum z iudeos:qs treugas vocat hic pactum .s.pacis.ꝙ iudei cito fregerūt treugas: z rebellauerūt. z sic in medio illius hebdomadis.s.in quarto anno.venit exercitus roman⁹ z dissipauit ciuitatem z templum z captiuauit ꝙplm.z sic deficit hostia z sacrificium iudeoz:qz nō est eis licitum talia facere extra hierlm: z hoc est qđ dr. Et in dimidio hebdomadis.s.in vltima eius medietate. Deficiet hostia z sacrificium in templo.i. in loco vbi fuerat templum. Et abominatō desolatōis.qz ibi fuit statua hadriani imperatoris posita in loco vbi steterat archa. Et vsqz ad ꝓsummatōz z finem.belli gog.s.z magog. Perseuerabit desolatio iudeoz.qz deuictis gog z magog p messiam restituet regnum iudeoz vt dicit. Contra istam expositōz arguit primo de numero annoz. qz a destructione hierlm p Nabuch. vsqz ad destructōem eius p Tytum z Uespasianum:non posuit iste Ra.sa.nisi.cccxc.annos p̄cise.qz ꝑm omnes historiographos sunt multoplures. ꝙ hāc obiectionem omitto:qz in ꝓputatione annoz secutus sum Ra.sa.tanqz rōnabili⁹ dicētem sup lib̄z Hester. z in aliquibus alijs locis. Item id qđ exponit. vt ꝓsumet p̄uaricatio.i.vt desistant a p̄uaricationibus z peccatis: patz esse falsum.eo q a tpe destructionis facte p romanos nō destiterunt iudei a peccatis.imo sunt augures z piuratores z multis alijs peccatis irretiti que maxime ꝓhibent in lege moysi. Item ꝯ id qđ exponit. Et deleat iniqtas.i. mereant apud deum p captiuitatem modernam.vt iniqtas eoz deleat apud deū. Quero ab eis:que sit ista iniqtas delenda.qz ante captiuitatem babylonis fuerunt iudei ydolatre maximi z occisores ꝓphetaz. vtz ex.iij.li. Reg.z multis alijs peccatis irretiti z tñ p omnibus istis delendis non sustinuerunt captiuitatem nisi.lxxij. annis ꝑm Ra.sa. A tempore autem Tyti sustinuerunt captiuitatem p.M.cc.annos z amplius.z adhuc nesciunt terminum captiuitatis.ergo oportet q illa iniqtas que per hanc captiuitatem delet̄ sit maior quasi incomparabiliter:cz illa que precessit captiuitatem babylonicaz. ꝙ nō pōt aliqua assignari.nisi illa qua interfecerunt christum. que fuit maxima iniqtas. A reditu em̄ captiuitatis babylonice non legunt iudei fuisse ydolatre vel occisores ꝓphetaz:z actores ꝓsimilium criminum:sicut añ: ꝙpter qđ nulla alia causa huiⁿ captiuitatis pōt assignari rōabilr nisi occisio xp̄i ꝑm q pdixit saluator Lu.xix. Uidens Iesus ciuitatem sanctam hirlm tē.z sic non est expectandus Xp̄c de futuro: vt dicat iste expositor Item ꝯ illud qđ dicit. Et impleat visio z ꝓphetia.i.p meritum iudeoz in hac captiuitate implebunt visiones z ꝓphetie de Xp̄o: qz Aggei.ij. dr. Adhuc vnum modicum z monebo celum z terram tē. Sequit. Et veniet desideratus cūctis gentibus: z replebo domū istam gloria. Scdm omnes expositores catholicos z hebreos iste desideratus cunctis gentibus intelligitur Xp̄c:cum ergo dicat ꝓpheta q post vnum modicū debeat venire:nō pōt adhuc intelligi ventur⁹ de futuro. qz a tpe aggei vsqz ad destructōez factam p romanos fluxerūt.cccc.anni z plus ꝑm cmunem ꝓputatiōem. ꝑm vo ꝓputatōez hebreoz fluxerunt anni.ccccxx. Et itez a destructione facta p Tytum vsqz nunc fluxerūt anni.M.cclij.s.vsqz ad annum dñi.M.cccxxviij.in cuius fine in quo hec postilla fuit vltimate correcta:tantum aūt tempus nō pōt dici modicum. Item in cadē aucte dicit ꝓpheta in ꝑsona dñi. Replebo domū istaz gloria:z loquit ꝓpheta de templo reedificato post captiuitatem babylonicam:ergo stāte isto templo venit desideratus cunctis gentib⁹.i. Xp̄c. Item ꝯ id quod dicit. Et vngat sanctum sanctoz.p hoc intelligens archam testamenti z alia vasa sanctuarij que per messiam debent recuperari.quia dicit Piere.in. Cum multiplicati fueritis z creueritis in terra. In diebus illis ait dominus. Non dicent vltra archa testamenti domini:neqz ascendet sup cor:neqz fiet vltra tē.ergo nō sunt p messiam recuperanda. Item q hic xp̄m vocat cyrum z postea agrippam cum subdit. Occidet Xp̄c. patet falsum ex mutatione ꝑsone.quia p seriem text⁹ patet q loquit de eodem xp̄o. Item q dicit agrippam occisum circa tempa destructionis ciuitatis p Tytuz z Uespasianum.videt esse manifeste falsum. quia nō habet hoc in aliqua historia autentica. imo Iosephus libro de iudaico bello dicit eum confederatuz fuisse romanis tempore istius belli. Item q postea subdit. vsqz ad finem belli gog z magog.statuta est.i.diffinita ē a deo desolatio ciuitatis hirlm: Hoc patz falsum.quia ciuitas Hierosolymitana reedificata fuit postea per Hadrianum imperatorem. Item quod subdit. Confirmabit autem pactū multis tē. qđ exponit de treugis factis inter iudeos z romanos circa tempus destructionis ciuitatis: videt manifeste falsum. qz nec Iosephus de hoc loquit.nec in libro antiqtatum. nec in libro de iudaico bello.vbi diligenter describit omnia que fuerunt facta inter ꝙplm iudaicum z romanū tempe illo.hoc etiam patet per hoc quod dicit in fra. Multis.quia si esset vez fuisset factum cum omnib⁹ iudeis:z non cum aliquibus tñ. Ex omnibus p̄dictis patet expositio p̄dicta falsa.z irrationabilis. His visis ponēda est expositio catholicoz dicētium istas hebdomades impletas in Xpi passione. Circa qđ sciendum q est vna communis expositio:quam sequuntur communiter expositores catholici: et est expositio Bede.sed illam ad presens omitto duplici de causa. Una est q hec expositio ponitur multum exp̄sse in glosa super Danielem in loco isto.z in scolastica historia.z ideo ibi potest recurrere qui vult eam ibi videre. Alia causa est.quia illa expositio videt mihi falsa.quia computat per annos lunares supponendo q hoc modo computant iudei:quod est supra improbatum:vt visum est. Et ideo aliter expono computando per annos solares. Ad cuius euidentiaz sciendum q computatio annorum solarium dupliciter potest accipi. Uno modo scdm Iosephum:secundum quem a reditu captiuitatis Babylonice vsqz ad principatum

Mach. fluxerunt anni. cccc.xiij. vt hꝫ in li. antiq̃tatis iudaice. Principat⁹ vo machabeoꝝ durauit. cxx.vij. annis. antiq̃tatis iudaice li. xiij. ca. vl. Extunc herodes ascolonita. cui⁹ tpe natus fuit xp̃c vt hꝫ Mat. ij. regnauit in iudea. xxviij. annis. vsq; ad natiuitatē xp̃i nec obstat q; aliq̃ hystorie dicũt xp̃m natũ. xxxj. ano regni herodis. qz putant ab ano q̃ fuit ei datũ fgnũ p imperatore romanũ qđ fuit p tres ānos anteq; hꝫet illud. Antigono occiso. q̃ vltim⁹ regnauit de machab. z inde fluxerũt. xxix. ann. z principiũ. xxxi vsq; ad baptis. nũ xp̃i Luc. iij. Jesus erat incipiens. xxx. annoꝝ ꝛc. z inde fluxerũt. vij. anni vsq; ad iiij. annũ post passionē eius. Isti vo anni simul iuncti faciũt. ccccccv. ānos. a q̃bus si rescindant. cxv. anni q̃ fluerũt a reditu captiuitatis babylonice accipiendo a p̃mo anno cyri q̃ extũc dedit plo licentiam redeundi de babylone vsq; ad. xx. annum exclusiue artaxersis. q̃ tũc misit neemiã ad reedificandũ ciuitatē birlim Nec mie. ij. remanent. cccxc. anni q̃ faciũt. lxx. bebdomades annoꝝ solarium. z sic numer⁹. lxx. bebdomadaꝝ incipit a. xx. anno inclusiue regni artaxersis z termiat in. iiij. anno post passionē xp̃i. Nõ restat oñdere: q; a p̃mo ano cyri vsq; ad. xx. annũ artaxersis fluxerũt. cxv. anni. qđ oñdit p chronicas latinoꝝ fm qs cyrus regnauit. xxx. annis. cambises filius eius. viij. duo magi. vij. mẽsib⁹ q̃ p vno anno putãt. qz sunt maiores ps anni. Darius hystaspis. xxxvj. Xerses filius eius. xx. Artbabanus mẽsib⁹. vij. q̃ putant p anno. Artaxersis. xix. vsq; ad missionē neemie. Anni vo isti simul iuncti sũt. cxv. His visis accedendũ est ad hrām cum dn̄.

b Lxx. bebdomades ꝛc. vbi ponit bebdomadaꝝ revelatio cum dn̄. b Lxx. bebdomades. que ptinent cccxc. annos. vt. j. dictum est.

i Abbre. sunt. i. sunt registrate in dei pscientia.

k Sup pplm. s. iudaicũ z sup vrbē tuaz. s. birlim.

l Ut plusmet puaricatio. i. terminet: iõ subdit.

m Et finem accipiat pctũ. p xp̃i passionem.

n Et adducat iustitia sempiterna. p eius p̃dicatoz.

o Et impleat visio z pphetia. de xp̃o p̃dicta.

p Et vngat sanctusſanctoꝝ. i. xp̃c q̃ in humanitate vnctus est oleo gr̃e p̃ plortibus.

q Dato g. hic p̃nr ponit dicte revelatõis expositio. Ad cui⁹ intellectum psiderãdũ q; angelus divisit. lxx. bebdomades in tres ptes. s. in. vij. z. lxij. z vnam. qz in istis ptibus spãlia opa facta sunt in pplo iuda. Vaz in p̃mis. vij. pplis cum labore magno reedificauit birlim z eam tenuit ꝫ aduersarios. nam vna manu faciebant opus z altera tenebant gladiũ. Neemie. iij. pter aduersarios insurgẽtes in edificatiõe. z post in alijs. lxij. pplis aliq̃n bñit pspa. aliq̃n aduersa. in vltima vo xp̃c p̃dicauit z passus fuit. z fides xp̃i multum fuit dilatata p p̃dicatoꝝ aplorum post xp̃i mortem. vtz in actibus aplorum. Dixit igr angelus. Scito g̃ z animaduerte. tu daniel q̃liter bebdomades sunt intelligẽde. Ab exitu sermonis vt iterum edificet birlim. s. a. xx. anno artaxersis tunc mittentes neemiam ad eius reedificatiõez. Usq; ad xp̃m ducem. i. vsq; ad xp̃i baptismũ: in quo fuit declarat⁹ dux fidelium p patris z spũssancti testimoniũ Mat. iij. Hebdomades septẽ in q̃bus pplis tuus cum

laboꝛe magno ciuitatem reedificauit z tenebit. Et hebdomades. lxij. in q̃bus nunc aduersa nũc pspera sustinebit. Et rursuz edificabit platea z murus ꝛc. hoc dicit ad oñendum q̃d futuꝝ erat in. vij. bebdomadis primis. z p⁹ bebdomades. lxij. cum. vij. primis q̃ faciũt bebdomades lxix. Occidet xp̃c. s. in vltima bebdomada que incipit a baptismo xp̃i. quia post baptismum p̃dicauit tribus annis cum dimidio. z tunc passus fuit in medio illius bebdomade. Et non erit populus eius q̃ cum negaturus est qm̃ iudei negantes eum coram pylato extunc non fuerũt populus eius. Et ciuitatem z sanctuarium. i. birlim z templum. Dissipabit pplus cum duce venturo. i. exercitus romanus cum principe tyto. Sciẽdum itaq; q; hec dissipatio nõ fuit impleta infra dictas bebdomades. lxx. ꝫ postea p. xxxix. annos fm istam expositõez. qz tñ fuit facta in penam mortis xp̃i. vt hꝫ Lu. xix. ideo hic immediate ponit post mortem xp̃i. de qua ante immediate fit mentio. Et finis eius. s. ciuitatis birlim. Vastitas p exercitum romanoꝝ. Et post finem belli. s. romanoꝝ ꝫ iudeos. Statuta desolatio. i. desolatio ciuitatis vel iudeoꝝ de p̃fini ta. Confirmauit aũt. qz occasione mortis xp̃i exierat terminos. lxx. bebdomadaꝝ in penam dicte mortis: vt dictum est: ideo reuertit ad oñendum quid amplius debeant fieri in vltima bebdomada de qua inceperat dicere: z non plecerat dicens. Confirmabit autem pactum multis. i. legem euangelicam que dꝫ pactum nouum Hiere. xxxj. Hebdomades vna. s. vltima. in qua Xp̃c tribus annis z dimidio p̃dicauit legem euangelicam: z eam pfirmauit p miracula z mortem suam. z in tribus annis resi duis cum dimidio p p̃dicatiõem apostoloꝝ: vt p̃dictum est. Et in dimidio bebdomadis deficiet hostia z sacrifiuz. qz in medio illius bebdomadis passus est Xp̃c vt visum est. z tunc sacrificia legis cassa z mortua fuerunt. Et in templo erit abominatio desolationis. Istud fuit diu pt⁹ lxx. bebdomades qñ Hadrianus imperator statuam fecit poni in loco vbi steterat arcba domini. Et qz posset queri quãtum durabit captiuitas siue desolatio iudaici pplis rñdet dicens. Et vsq; ad consummationem. s. mũdi. tunc enim fm doctores catholicos conuertent iudei ad fidem Xp̃i. Hunc autem exponendi modum secutus sum alias quando primo scripsi super Danielẽm. Sed qz postea confidens de dei adiutorio aggressus sum scribere sup totam sacram scripturam. z cum venissem ad libros Esdre z Hester visum mihi fuit. z adhuc videt saluo meliori iudicio q; enumeratio annoꝝ que posita est in expositione ista non bene psonat sacre scripture. qz in magna parte sui pcedit fm chronicas latinoꝝ. s. a destructione ciuitatis hierusalem p Nabucbodo. vsq; ad. xx. annum Artaxersis exclusiue: quod tempus fm chronicas latinoꝝ fuit. dxxxv. annoꝝ. Scdm hanc computationem Mardocheus fuisset. cclix. annorum. quando p Assuerum fuit exaltatus. nõ est autem verisimile q; tantum vixerit: z dato q; vixisset. tamen facere non potuisset illa que de eo scribunt in libro Hester. s. regere domum regine z regis palatium z ecꝫtare p ciuitatem z similia. Qz autem se quat ad dictam enumerationem Mardocheum tunc fuisse tante etatis. oñdit quia ductus fuit in babylonem cũ Jechonia rege iuda vt habet Hester. ij. z tũc fuit ad minus. x. annoꝝ. Post iechoniam sedechias regnauit. xj. annis. iij. Regũ. xxiij. Deinde secuta est captiuitas. lxx. annoꝝ fm chronicas latinoꝝ. s. a destructione ciuitatis p Nabucbodosoz vsq; ad primum annum cyri a quo vsq; ad. xix. annum artaxersis inclusiue fuerunt anni. cxv. vt p̃dictum est. z remanent adhuc de eius regno. xxj. anni. quia regnauit. xl. annis. Xerses secundus mensib⁹ duobus. Sogdianus mensibus. vij. z computant isti duo p vno anno. Darius notbus. xix. Assuerus. xij. ante exaltationem Mardochei Hester. iij. Si vo p̃dicti anni simul coniungant faciunt annos. cclix. sicut alias dixi in principio libri Hester: ideo pono alium modum computandi septuaginta bebdomades predictas psonum magis scripture fm quem mardocheus. xij. anno regni assueri fuit

ñm.xcij̃.annoꝝ vt oñdi in pñn.li. Hester. ⁊ adhuc in seq̃n
tib⁹ oñdet. ¶ Modus etiaꝫ iste quē intendo ponere ꝓcedet
ꝓtim ꝑm sacram scripturaꝫ: ꝓtim ꝑm beḃ. dicta. ꝓpter qđ
nō poterit ab eis rōnabiliť impugnari. tñ in vno nō intē
do eos sequi. in q̃ oñdam eos ꝛ̄ficere manifeste. Primo
igiť videndū est. a quo incipit ꝓputa tio. lxx. ebdomadaꝝ. scđo vbi ter miniať. qui bis du obꝫ iacet vis nego cij̃. ťcio ad expositōem lr̄e accedeť. Ꝛ̄tum ad primū dirigit nos ꝟbum angeli dicentis vanieli. Ab exitu ꝑmonis vt itez edifice tur birlim ⁊c̄. Et in ebꝛeo bi. Ab exitu ꝑmonis ad reuer tendum ⁊ edificandum birlim ⁊c̄. Ex quo videť q̃ a pri mo verbo ex reuelatione vomini ꝓcedente de reditu ꝓpli in birlim. ⁊ p oñs reedificandi ibi templū ⁊ habitacula mi nistroꝝ ⁊ ꝓpli ibidem habitātis. Is adhuc nō esset data li centia reedificādi muros ciuitať ⁊ fortalitia ꝛ̄beat beb domadaꝝ ꝓputatio incboari. Illud aūt verbum bi Hiere. xxix. vbi dr̄. Cum ceperint impleri in babylone. lxx. an ni: visitabo vos: ⁊ suscitabo sup vos ꝟbum meum bonū ⁊ reducam vos ad locū istum. ꝫ quo tpe fuit hoc dictum ptz ex ca. xxviij. Hiere. vbi dr̄ q̃ in anno. iiij. sedechie regis mēse. v. bieremias reꝑbendit ananiam falsum ꝓphe tam. Iste cm̄ asserebat iechoniam. ⁊ q̃ cū eo translati fue rant in babylonem redire in birlim post. ij. annos ⁊ iuguz regis babylonis ꝓfringi ⁊ oñr ca. xxix. ponit epla Hiere. ad transmigratos in babylonem. vt non ꝓsiderent ꝟbis falsoꝝ ꝓphetaꝝ in qua scribiť hoc ꝟbum ex reuelatōe dñi Cum inceperint impleri in babylōe. lxx. anni ⁊c̄. Et sic ptz q̃ hoc ꝟbum dixit dñs p Hiere. anno. iij. sedechie circa finem. ꝓpter qđ ꝓputatio. lxx. ebdomadaꝝ dz incipi ab anno. v. sedechie inclusiue. Ꝛ̄tuz ad scđm dico q̃ termi nať in anno passionis dñi inclusiue. Nam incipiendo ab anno. v. inclusiue regis sedechie bñť. vj. āni integri de re gno eius. qz. xj. anno regni sui mense. iij. fuit captus ⁊ ex ptiuatus. iij. Reg. xxv. ꝓpter qđ ille. xj. ann⁹ rōne maio ris ętis ꝓputādus ē in tpe ꝛ̄structōis ciuitatis. nevnus ann⁹ bis ꝓputeť. A dicta ꝟbo ꝛ̄structōe vsq; ad primum annum cyri fluxerūt. lij. anni ꝑm beḃ. Cyrus ꝟbo trib⁹ an nis regnauit ꝑm eos post monarchiam acceptam. a quo tpe dz hic fieri ꝓputatio. Illi ꝟbo q̃ dicunt eum regnasse xxx. annis incipiunt ꝓputare a principio regni sui in psi de tm̄. Principium ꝟbo anni. iij. q̃ regnauit cyrus ꝓputan dum est in tpe cambisis filij sui ne vn⁹ annus bis ꝓputeť Cambises ꝟbo. vj. annis regnauit. vt dicit Joseph⁹ li. an tiq̃tatis iudaice. xj. post quem ꝑm beḃ. regnauit assuerus maritus hester. ⁊ in hoc supra secutus sum eos in pñ. li. Hester. ꝫ hoc q̃ dicūt eum regnasse. xiij. annis tm̄ videť mihi ꝛ̄ficere manifeste. Nam assuerus accepit hester vx orem anno. vij. regni sui. mense. x. vt hr̄ Hester. ij. ca. Cuz igiť ꝑm ipsos darius filius assueri ⁊ hester reginē post as sueꝝ regnauerit immediate. oportet oñr eos dicere q̃ in principio regni sui fuit tm̄. v. vel. vj. annoꝝ. Nam a de sponsatione hester vsq; ad eius natiuitatem trāsiit. viij. annus assueri. vel maior ps ipsius ad min⁹. Non est aūt verisiliꝫ vt talis puer scriberet sic auctentice ⁊ seriose edi ficatōz templi. sicut exprimiť ꝛ̄ de ipso. j. Esdre. vj. Ꝫz ad hoc posset rn̄deri. q̃ hester mr̄ sua que iudea erat ⁊ mor tuo assuero supuixerat: in fauorem iudeoꝝ fecit scribi il lam epl̄am. ⁊ sigillari nomine filij sui existentis adhuc pu eri. ꝓpter hoc hec rn̄sio remoueť ibi p lrām sequētem vbi dicit q̃ de sumptibus regis si nec esse fuerit ministrentur sacrificia ⁊ offeranť oblationes deo celi. orentq; p vita regis ⁊ filioꝝ eius. Ex quo patet q̃ erat tante etatis q̃ fi lios habebat. ⁊ iō dico cuz aliis historiographis q̃ assue rus regnauit. xl. annis. ⁊ sic darius filius eius qñ cepit re gnare post patrem imediate fuit. xxxij̃. annoꝝ vel cir citer ꝑm ꝓdicta. Anno ꝟo secūdo darij resumptum fu it opus templi secūdi. ⁊ ꝓsummatū. vj. anno regni ei⁹ mense. xij̃. j. Esdre. vj. Sciendum tm̄ q̃ idem ann⁹ fuit xl. assueri ⁊ prim⁹ darij. nam ei successit imediate. ⁊ sic

[q] Scito ꝫ ⁊ aīaduerte [r] ab exitu ꝑmonis: vt itez edifi ceť birlim [s] vsq; [t] ad xp̄m du cē [u] hebdōades. vij. ⁊ hebdo mades. lxij̃. erūt [v] ⁊ rursum edificabiť platea [y] ⁊ muri [z] i angustia tpm [a] ⁊ pt⁹ hebdo mades [b] seragita duas occi

optz de numero ānoꝝ ipoꝝ vnū subtrahere. aliť vn⁹ bis ꝓputa reť ⁊ sic assuer⁹ ⁊ darius regnaue rūt. xlv. ānis vs q; ad secūdi tem pli ꝓsummatōz ⁊ inde vsq; ad ꝯ ꝛ̄structōz p romanos fluxerūt anni. cccc xx. ꝑm Ra sa. ⁊ alios hebꝛeos. q̃bus si iunganť anni p̄dicti ab an no. v. sedechie inclusiue sunt simul anni. ccccc xxxij̃. a q̃ bus si rescindanť. xlij̃. anni q̃ post annū passionis xp̄i fluxerūt vsq; ad ꝛ̄structōz templi secundi ꝑm omnes histoꝛiogꝛphos remanent anni. cccxc. q̃ faciunt. lxx. hebdomadas annoꝝ p̄cise. Et sic ptz scđm. ť. termina tio. lxx. hebdomadaꝝ in anno passionis xp̄i inclusiue. Ex p̄dictis ptz q̃ supra dictū est ꝛ̄ de etate mardochei. Nam si accipianť anni hic enumerati ab anno. v. sede chie vsq; ad. xij̃. assueri sunt simul anni. lxxix. q̃b⁹ si ad iunganť q̃tuoꝝ primi regni sedechie. ⁊. x. quos ad mi nus habuit tpe trāslatiōis sue inueneť. xcij̃. sicut. ꝫ. dicebať. His dictis accedendū est ad expositōez lr̄e. q̃ diuidiť in duas ptes. in prima ponit reuelatio. in se cūda ꝟo reuelatiōis expositio. ibi. Scito ꝫ. Prima ps exponať sicut in expositōe hebdomadaꝝ p̄cedentiū mediate. nam in hoc ꝙueniūt bec ⁊ illa.

q Scito ꝫ. Hic oñr ponit reuelatōis expositio. ⁊ diuidiť in duas ptes. qz primo ponunť. lxx. hebdoma das generaliter. scđo exponit aliq̃d ptinens ad vlti mā spāliter. ibi. Confirmabit aūt. Circa primuz dicit angelus danieli.

q Scito ꝫ ⁊ animaduerte. qualiť hebdomades sint incipiende ⁊ intelligende.

r Ab exitu ꝑmonis. vt itez ⁊c̄. i. a q̃nto āno sedechie inchoande sunt vt oñsum est supra.

s Usq; i. t Ad xp̄m ducem. ꝓtendende sunt.

v Hebdomades. vij̃. ⁊ hebdomades. lxij̃. vsq; adul timam hebdomadem in qua xp̄c dux ꝓpli xp̄iani bapti sandus est. ⁊ legem euangelicam p̄dicaturus. ⁊ p salu te humani generis moꝛturus ⁊ in celum ascensurus.

Distinguit aūt. vij̃. hebdomades ⁊ vltimam ab aliis ꝓpter spālia opa facta in ipsis. Nam in vltima facta ē generis humani repatio vt dictuz est. In septimo ꝟo templi primi ꝛ̄structio vsq; ad primū annum Cyri q̃ dedit hanc licentiam fluxerunt anni. lij̃. vt dictum est supra. q̃ faciunt septem hebdomades annoꝝ ⁊ cum hoc tres annos. q̃ computanť cum tempe. lxij̃. hebdo madaꝝ. eo q̃ non faciunt p se hebdomadaz ⁊ eadem rōne ser anni ꝛ̄ de tempoꝛe sedechie p̄cedentes templi ꝛ̄structionem.

x Et rursum edificabiť platea. s. templi.

y Et muri. ciuitatis hierusalez in tempoꝛe. lxij̃. heb domadarum per Zorobabel ⁊ Neemiam ⁊ alios pa tres.

z In angustia temporum. quia per gentes circum stantes fuerunt multum impediti ⁊ afflicti ⁊ etiam po stea. vt patet in Esdra ⁊ Neemia ⁊ libris Machabe orum.

a Et post hebdomades. lxij̃. ⁊ septem alias prece dentes ſupple.

b Occidetur Christus. in vltima hebdomada vt p̄ dictum est.

c Et non erit populus eius qui eum negaturus est. id est iudei coram Pylato ipsum negaturi: dicentes.

non habem⁹ regem nisi cesarem Jo.xix.nō erunt am
pli⁹ei⁹ pl'is.§ xpiani i ipso regenerādi ⁊ ab eo vnoian
di. d Et ciui.⁊ scūariū.i. templū scōm. e Dissi
pabit pl'is.i.exercit⁹ romanus. f Cū duce vēturo
.i.cū tyto vēturo ꝑ birlim.istud nō fuit factū infra tps.
lxx.bebdomada
rum. § postea p
xl.annos vt pdi
ctū est. § qz b fa
ctū fuit in pna
mortis xpi. iō b
ponit ĩmediate
postq̄ locut⁹ fu
erat de xpi occi
sione. g Et
finis eius.s. ciui
tatis birlim.
h Vastitas.qz
fuit vastata p ro
manos.

dēt xp̄c: ⁊ non erit eius pl'is
q̄ eum negatur⁹ est.ᵇ Et ciui
tatē ⁊ sanctuariuz ᶜdissipa-
bit pp̄l's ᶠcū duce venturo:
ᵍ⁊ finis ei⁹ ʰvastitas: ⁊ post
finē belli ⁱstatuta desolatō
ᵏCōfirmabit ār pactū ml'
tis¹ hebdōada vna ⁊ ī dimi-
dio ᵐ hebdomadis ⁿ deficiet
hostia ⁊ sacrificiū: ᵒ⁊ erit in
templo abominatio desola
tionis: ᵖ⁊ vsq̄ ad ꝯsumma
tionem ⁊ finem ᵠ pseuerabit
desolatio.

i Et post finem belli.romanoꝝ ꝑ iudeos.
k Statuta desolatio.i.desolatio ciuitatis ⁊ templi q̄
obtulerūt romani.⁊ iudaici pl'i quem ptim occiderūt
⁊ ptim captiuauerūt: sicut statutum erat ⁊ ordinatum
a deo in penam mortis xpi. Sciēdum aūt q⁹ lra bebrai
ca sic bz. Et vsq̄ ad finem belli statuta desolatio ⁊ mul
tum mutat sinia. Et hoc est dicūt bebrei q⁹ desolatio
⁊ captiuitas in q̄ sunt duratura est vsq̄ ad finem belli
gog ⁊ magog. quos messias ventur⁹ debellabit. ⁊ tūc
regnabūt in iudea tpaliter. Et ꝑm hoc possent iudei
dicere q⁹ lra nr̄a sit falsa ⁊ expositio ipsi⁹ similr. Ad qđ
excludendum sciendū q⁹ in bebreo sunt due dictiones
q̄ꝝ vna significat idem qđ adhuc: alia idem qđ vsq̄: q̄
eisdem lr̄is scribunt.s.ayn ⁊ deleth: ⁊ distinguunt iste
due dictiōes solum p punctatoꝝ: que facili mutari
pōt manentibus lr̄is. Hec aūt dictio: adhuc aliq̄n ac
cipit in scriptura p pt⁹. sicut Jone.iij. Adhuc.xl.dies
⁊ nineue subuertet.i.post.xl.dies subuertet. Et ꝑm hūc
sensum ꝓmo fuit facta punctatio dictiōis hebraice in
hoc loco ⁊ sonat od. ⁊ sic transtulit translator nr̄. Sz
postea mutata est punctatio p iudeos ad signandum
vsq̄: ⁊ sic sonat aḡ: ⁊ ꝑ simlit fecerūt in plurib⁹ alīs lo
cis ve.testa. put in p̄cedentib⁹ li. declarau. Accepert
aūt occasionem hoc faciendi er.lxx.interp̄tibus: q⁹bi
inuenerūt aliq̄d de mysterio trinitatis ⁊ incarnatōis.
tacuerūt vel aliter transtulerūt ꝑm q⁹ dicit Hiero. in p.
logo sup pentateuchū. Et idem ego oñdi in plurib⁹ lo
cis ve.testa: spāliter Esa.ca.ix. p eo est q⁹ ibi bī de xp̄o
Et vocabit nomen eius admirabilis ꝯsiliari⁹: de⁹ for
tis. pater futuri seculi. princeps pacis transtulerūt. Et
vocabit nomen eius magni ꝯsilij angelus.
k Confirmabit. hic reuertit angelus ad loq̄ndum de
vltima bebdomada de q̄ incepat dicere q̄tuz ad mor
tem xpi. ⁊ nō ꝑfecerat ĩponens penam hui⁹ mortis
vt dictum est: dicit igit.
k Confirmabit aūt pactū multis.i. legē euangelicā
que dr pactum ⁊ fedus nouum Hiere.xxxj.
l Hebdomada vna. Nam in vltima bebdomada
xp̄c p̄dicando. mirabilia faciendo. moriendo. resurgē
do. ascendendo in celū. ⁊ mittēdo spm̄ sanctū. legē euā
gelicam ꝯfirmauit. ⁊ anno sue passionis p p̄dicatōem
apl'oꝝ notabilit dilatauit. vtz Act.ij.⁊.iij.
m Et in dimidio bebdo.i.in vltima eius medietate
in qua passus est xp̄c.
n Deficiet hostia ⁊ sacrificiū. qz sacrificia ve.leḡ ces
sauert ꝑ passionē xp̄i nō hñtia vltra vim obligandi.
o Et erit in templo abominatio desolationis. hoc re
fert ad tempus seq̄ns. lxx. bebdomadas. in quo adria
nus impator fecit poni statuam suam in loco templi
vbi steterat arcba. q̄ statua apud bebreos vocat abo
minatio sicut ⁊ qlibet alind ydolum: ⁊ erat desolatio
vis iudaice signū manifestū.

p Et vsq̄ ad ꝯsummatōz ⁊ finem.l.secult. q Perse
uerabit desolatio. Prope em̄ finē mūdi detecta falsitate
antixp̄i p belyam ⁊ enoch iudei ad xp̄m ꝯuertent. ⁊ mul
ti eoꝝ ꝑstāt sustichūt martyriū. put dicūt cōit docto. nr̄i.
In ca.ix. vbi dī in ppstil. Dis visis accedendum est ad
lram exponēdam.

Additio

In hac rue-
latione da-
nieli per an
gelū facta. q̄ int̄ ce
tera ꝓphetica de p̄
mo aduētu xp̄i tra
ctātia efficatioꝝ vt̄
ad ꝯfutandaz be-
breoꝝ pfidiam as-
serentium nōdum
impletū esse tps
bui⁹ aduent⁹. vltra illa q̄ in postil. ponūt. tria vident ad
denda. Primū cui⁹ auctis sit hec expositio Ra.sa. int̄ be-
breos. vt videat si sufficit illam tm̄ impugnare. ⁊ ex ea ꝯ
eos arguere. vel oporteat inq̄rere de alīs expositōib⁹ eo
rum in hoc loco. Scdm q̄liter p̄ter rōnes postil. q̄bus re
probari vī p̄dicta expositio sunt alie valide. q̄bus rōna-
bilit posset euacuari. Tercīū quō ex ipsa expositiōe Ra.
sa.iz falsa: tm̄ cum q̄busdam veris ⁊ ab eis receptis: veri-
tas nr̄a.s.q⁹ aduent⁹ xp̄i iam longe transiuit in p̄teritum
posset ꝯcludi ꝯ eos. Circa primū sciendū q⁹ hec reuelatō
plurib⁹ ⁊ varīs modis exponit ab bebreis. nō tm̄ expe-
dit singulorꝝ opiniones seu erroneas enarrare expositio
nes. Nam ꝑm p̄bm. j. ethic. oēs q̄dem pscrutari opinio-
nes inane fortasse est. sufficiens aūt maxime q̄ supficiete
n⁹ appareant vel estiment hīe aliquam rōem. Constat āt
q⁹ hec expositio Ra.sal. est seu dz esse tante auctoritatis
apud bebreos q⁹ non p̄nt ab ea deuiare iuxta fundamen-
tum pharisaice doctrine. ꝑm quam illa q̄ in thalmud de-
terminata habent seu diffinita circa sacre doctrine expo
sitōz. ñ licet eis q̄liter cūq̄ ab eisdem recedere. § tenenda
sunt tanq̄ in textu sacre scripture ꝓtēta. put Ra.mo. lar
ge tradit in principio sui Deuter. ⁊ in pluribus alīs loc̄
bī. Cuius ratio est. qz auctoritas thalmudica in hmōi de
terminationibus apud eos est in eodem gradu sicut au-
ctoritas vniuersalis ecclie apud nos. § ꝑstat q⁹ Ra.sa. ñ
fuit primus inuentor hui⁹ expositionis: de q̄ hic agit: § ex
presse hec expositio ponit in thalmudica doctrina spāliē
in duobus locis primo in libro q̄ intitulat de ordine mūdi. quod bebraice dicit cederbolaz. Similiter ⁊ in libro q̄
dicit abodazara. j. capi. In quibus locis ꝯcorditer bī q⁹
lxx. bebdomade Danielis incipiūt a destructione primi
templi. ⁊ terminant in destructione secūdi. Quas aucto
ritates sequit Ra. sa. in hoc passu tanq̄ inuiolabiliter
tenendas apud bebreos rōne p̄dicta. Ex quibus sequit
q⁹ licet multi bebreoꝝ attendentes q⁹ p̄dicta expositio q̄
suos magistros determinata nō solum nō poterat rōna-
biliter teneri seu sustineri. § ex eadem cum alīs q̄busdaz
veris ꝯcludebat xp̄m iam venisse vt j. patebit. inuenert
quasdam varias ⁊ ꝯfusas expositiones. vt saltem p vias
obliquas ⁊ tortuosas veritatem luce clariorem subter-
fugerent. put de eis vaticinat Ezechiel. xiij. capi. Sicut
vulpes in deserto sunt ꝓphete tui israel. excluſa tm̄ hac ex-
positione thalmudica quam sequit Ra.sa. non est facie-
da alia mentio de alīs expositionibus eoꝝ multipliciter
fictis. Oportet em̄ illos adherere p̄dicte expositioni acsi
esset in lra ptenta. Circa scōm p̄ter illa que postil. ponit
ꝯ p̄dictam expositionem thalmudicaz seu Ra.sa. q̄ sunt
o Necessitate cō pul. tradi. eis dani elem. Nō em̄ poterat rex ita cito congregare exercitum ad cohibendū multitudinis cōcitate impetū. et iō oportebat qr tradēt eis danielē. vel qr morerēt cū tota familia sua. Item videbat qr ipo mortuo daniel n euaderet mortē. qr ꝓpē ipm̄ insurgebat multitudo ꝑ regem. Dominus aūt malū videbat prima facie qr solus daniel tradet mortiqr qr ipse et rex et familia sua morerent iō tanqr min⁹ malū fm̄ estimatōz tradidit eis danielē et maxime qr ꝑfidebat ipm̄ p diuinam potentiā liberari. sicut audierat liberatōz sociorū danielis de ca

p Qui mise. eum in lac. leo. et erat ibi sex diebus. ex hoc patz qr missio danielis in lacū est alia ab illa q̄ facta est tpe darij. vt dictum est. s. ca. vj. qr tunc non fuit in lacu nisi p vnaz noctem: vtz ibidem. hic aūt dr fuisse in lacu p sex dies similiter patz hic alia de causa. qr fuit positus in lacuz tpe darij. eo qr fuit imposita sibi transgressio regij edicti q̄ vt ibidem dr posuerat edictum vt nullus peteret aliqđ a deo vel homine nisi a rege vsqr ad. xxx. dies. Daniel aūt infra istud tempus inuentus est adorare deum. ꝓpter qđ missus fuit in lacum leonum. Causa aūt ꝗre dr hic posit⁹ in lacū leonū est alia. s. destructio belis et interfectio draconis.

q Porro in lacu cē. Hic tangit pena famis. Dimissus est in lacu p sex dies naturales sine cibo. et interim denegatus est leonibus cibus ꝓsuetus vt citius devorarent danielem.

r Erat aūt abacbuc. Hic ꝓñr ponit ipsius danielis liberatio. et primo ponit liberatio eius a pena famis. secūdo a pena missionis in lacū. ibi. Venit g rex. In prima pte dr sic. Erat aūt abacbuc ꝓpheta in iudea. Hic est vnus de. xij. ꝓphetis. vt vult Hiero. sentire in plogo.

s Et ipse coquerat pulmentum: et intriuerat panes in alueolo cē. nomen est vasis facti ad reponendum cibos. et dr ex similitudine alui. i. ventris vbi cibi reponunt et inde alimentum ad singula membra vtute caloris naturalis defert.

t Dixitque angelus dñi ad abacbuc. Fer prandium qđ habes in babylonem danieli. q. d. ipse indiget. cibus est ei denegatus.

v Et dixit abacbuc. Dñe babylonem non vidi. et iō nescirem illuc ire. r Et lacum nescio. et iō dato qr iam esset in babylone. nescirem danielem inuenire. Ista dixit se excusando. y Et apprehendit eum angelus domini

in vertice eius. Angelus aūt apparebat in corpe assumpto. ⁊ iō dr̄ apprehēdisse caput qr posuit manū sup caput eius.
a Et portauit eum capillo capitis sui. Nō est sic intelligēdū q̄ v̄tus angeli solūmodo tangeret capillos eius. s̄ totum corpus s̄m q̄ hic dr̄. qr posuit manū sup caput eius. vt dictum est.
b Posuitq; eum in babylonē sup lacū in impetu spūs sui. i. v̄tutis sue. nec est mirū si angelus portauerit hoiem p tantū spaciū terre in modico tēpe. qr vnus angelus reuoluit orbē circulariter in vno die ad quē tota t̄ra ꝯpata nō est nisi q̄si punctus: sequit̄.
c Et ait Daniel. Recordatus es mei deus. prius em̄ bn̄ dixit deū q̄ sumeret cibū. hec est em̄ ꝯsuetudo laudabil̄
d Venit g̊. hic ponit̄ liberatio danielis de lacu: cum dr̄. Venit g̊ rex die septimo. qr daniel erat ꝯdemnatus ad hoc qd̄ staret ibi p sex dies naturales.
e Vt lugeret danielē. qr ꝓbabil̄r credebat ip̄m mortuū
f Et ecce daniel sedens. viuus ⁊ sanus.
g Et exclamauit rex voce magna di. magnus es dn̄e deus danielis. viso em̄ miraculo magnificauit diuinā potētiā.
h Et extraxit eū. Iam em̄ transierat seditio ꝓpli. ⁊ maxime qr videbant p effectū v̄tutem dei ipsius.
i Porro illos q̄ pditōis eius cā fuerāt. incitando multitudinem ꝓpli ad clamorē p̄dictum ⁊ seditionem.
k Intromisit in lacū. Istud em̄ fuit iustum s̄m legem talionis: ex quo declarata fuit iusticia danielis.
l Et deuorati sunt in momento. in quo apparuit saluatio danielis magis miraculosa. Tūc rex ait. Paueant habitātes ⁊c. Viso em̄ miraculo p̄dicto rex voluit magnificare diuinam potētiam nō solū in babylone s̄ in toto regno sibi subdito ⁊ hoc est qd̄ dicit̄ hic. Paueāt. i. timeant blasphemare. Habitātes i vniuersa terra. hyp̄bole est. ad exprimēdū magnitudinē sui regni qr nō oīs terra erat sibi subiecta. Deum danielis. licz em̄ sit deus oīm: dr̄ tn̄ hic deus danielis p cultuz spālem ⁊ qr ip̄m danielem spāliter saluauerat p euidens miraculum. ⁊ hoc est qd̄ subdit̄. qr ipse liberator ⁊ saluator faciēs signa. i. opa sup naturam que homines inducūt ad cognoscendum diuinā excellentiam. qr diuina potentia ⁊ misericordia cognita est in liberatione danielis. ⁊ sua iusticia in suorū accusatorū deuoratione. ⁊ p hoc rex gentilis ⁊ ꝓpls ei subiectus fuit inductus ad laudandum deum. qui est benedictus in secula seculorū Amen.

angelus dn̄i in v̄tice eius: [a] ⁊ portauit eum capillo capitis sui: [b] posuitq; eum in babylonē sup lacū in impetu spūs sui. Et clamauit abachuc dicēs. daniel s̄ue di tolle prandiū qd̄ misit tibi deus [c] Et ait daniel. Recordatus es mei deus: ⁊ nō dereliq̄sti diligētes te. Surgēs daniel comedit. Porro angelus dn̄i restituit abachuc ꝯfestim in loco suo [d] Venit g̊ rex die septimo: [e] vt lugeret danielem: ⁊ venit ad lacum ⁊ introspexit [f] ⁊ ecce daniel sedens in medio leonū. [g] Et exclamauit voce magna rex dicens. Magnus es dn̄e deus danielis [h] Et extraxit eum de lacu leonū. [i] Porro illos q̄ pditōis eius cā fuerāt [k] intromisit in lacū: ⁊ deuorati sūt in momēto coraz eo. Tūc rex ait. Paueāt hītantes vniuersaz terrā deū danielis: qr ip̄e est saluator ⁊ liberator faciēs signa ⁊ mirabilia in celo ⁊ in terra: q̄ liberauit danielem de lacu leonum.

Explicit daniel ꝓpheta.

Explicit postilla Nicolai de lyra sup historiam Susanne ⁊ belis ⁊ draconis.

Prologus

Incipit expositio in prologum.xij.pphetarum.

Non idem ordo ꝛc. Iste plogus cōis est.xij. quis pphis ꝛ bz q̄tuor pticulas. In ꝓma tāgit apud hebreos ꝛ.lxx. diuersitas ordis pphetaꝝ cū dr: Nō idē ē ordo ꝛc. In scda oñdit q̄ variū habent modū scribendi:ibi. Osee comatic⁹ est ꝛc. In tercia subditur eoꝝ collectō in vnū:ibi. Et qz longū est ꝛc. In quarta distinguūtur tpa pphetationū.ibi. Et osee synchronō ysaie ꝛc. His visis lr̄e iusistam⁹. b Apd hēb. q̄s bieremi imitat. c Qui ē apd nos latinos ꝟm. lxx. inꝑpretes. vñ dicit glo. Ordo. xij pphetaꝝ ꝟm. lxx. tal ē osee: amos micheas: iobel: abdias: Jonas: naū. habacuc: sophonias: aggeꝰ: zacharias: malachias. Scdm heb. vo q̄s bier. seq̄tur tal ē ordo osee: iobel: am os abdias: iōas: micheas: naū: habacuc: sophonias aggeꝰ zacharias malachias. d Ubi. qz. s. apud hebr̄os q̄s seq̄mur sē talis ordinati. e Scdm id qđ legit apud hebreos. f Hic. i. in ista translatione qua nō cōiter vtit eccia g Dispositi sunt. ante translationē istam cōiter currebat editio. lxx. b Osee. Sicut ait ysido. etby. vij. Saluator aut saluans interptator: dū em̄ iram dei in populū israelem ob crimen ydolatrie pphetasset: domui iude salutem pnunciauit: pter qđ Ezechias rex iuda sublatis ydolis que p̄cedentes ꝓfecrauerāt templū dñi purgasse ac purificasse monstrat.

i Comaticus est. interlinearis. i. abbreuiator: per qđ tangit pprietas comatis. est em̄ coma punctata prolatio orationis p minores tecisiones: vt ore: genis: oculis: p idem mentiris adesse eloq̄o: forma. nobilitate cares: ecce quelibet tecisio siue pticula orationis paruꝫ valet p se: s̄ omnes in simul aggregate reddunt pfectū sensum. Colō aūt est punctata platio ꝟm maiores tecisiones que pfectum reddunt sensum sed nō pfectaꝫ sententiam: sicut dictū est s̄. in plogo sup esaiā. Dicit ergo abbreuiator: qz breues habet clausulas quarū q̄libet p se nec pfectum sensum reddit nec perfectam sententiam. Unde cū biero. dixisset. Osee comaticus est. exposuit seipsuꝫ dicens. k Et. pro id est.

l Quasi p sententias loquens. licet. n. quelibet clausula videat completam representare sententiā. tñ suspendit snia vsq̄ post completam totalem orationez. sicut pz in pstructione suspensiua: vbi gra. Osee. j. dicitur. Vade. ecce. q. vna sententia. Sume tibi vroré fornicationū. ecce quasi alia sentētia. Et fac filios fornicationū. ecce quasi tercia sententia: et tñ nōdū complet vsq̄ ad finē versus cū dicit. Quia fornicās fornicabit terra a dño. Uñ sic intelligēda est glosa q̄ dicit. Comatic⁹. i. diuisus: supple p clausulas: eo q̄ in singlis clausulis diuersas vel plenas snias dicat. i. dicere videat. Aliter exponit. Et quasi p sententias loquens. i. pfundas vbor̄ intelligentias: ꝟm q̄ aug. de sanc. vic. diffinit sniam dicens. Sententia est pfundioꝝ intelligentia que nisi expositione vel interpretatione nō invenit: vide in plogo esa. de col' ꝛ comatibus

Incipit prologus in libꝝ duodecim pphetarū.

a Non idē ordo est duodecim pphetaꝝ b apud hebreos: c q̄ ē apud nos d Uñ e ꝟm id qđ ibi legit: f h q̄ g dispositi st. b Osee h comaticus ē: k ꝛ l q̄ p suas loquēs m Jobel plan⁹ in pncipijs in fine obscurioꝝ: n ꝛ vsq̄ ad malachiam habent singuli o pphetes suas. p quē esdrā scribaꝫ legisq̄ mctorem hebrei q autumāt. Et qz lōgū est nunc ꝛ oīb dicere h tm vos r o paula ꝛ eustochium s admonitas scire volo t vnū libꝝ cē duodecim pphetaꝝ ꝛ osee v synchronō ysaie k malachiam vo aggei: ꝛ zacharie y fuisse tpib⁹ z In q̄b aūt tps nō pfert in titulo: a sb illis eos regib⁹ pphetasse: sb quib⁹ ꝛ hi q̄ ante habent titulos pphauerunt.

Item alius prologus.

Regule sunt he: sub quib⁹ significatōnibus nominū: ad q̄s tribus per pphetas sermo dñi dirigat. Quotiens cunq̄ ad decem tribus tendit pphetia: sub his nominib⁹ designant id est ephraim samaria israel ioseph iezrael: bethel bethauen: ꝛ interdū iacob. Uñ aūt ad duas loq̄tur trib⁹: sub his nominibus sermo pfert. i. iuda hierusalem beniamin dom⁹ dauid: et interdū iacob. Aliq̄ tiens israel ad totas duodecim tribus refert. Duplex ē apud hebreos sententia de his quatuor versibus: qui

m Jobel plan⁹ i pncipijs. i. in pncipio. plurale ponit p singulari. Nota q̄ pncipiū ꝛ initiū differūt. Initiū p prie dī an qđ nō est aliud: pncipiū aut ē pt⁹ qđ ē aliud: ꝛ sic mediuꝫ q̄dāmodo dī pncipiū respcū finis: et ideo dī planus in principijs. i. in initio ꝛ medio. et in fine ē difficilis.

n Et vsq̄ icl⁹siue

o Propetates. i. pp̄os modos scribēdi. p Esdraꝫ scribā. j. Esdre. vij. Ipe esdras ascēdit de babylone ꝛ ipse scriba velox: eo q̄ lege moysi pbusta velociter repauit: vel q̄sdaꝫ figuras ineit i hebreo q̄b⁹ velocit scribit. q Autumant. i. putāt vel affirmāt: autumo as dr̄ putare: affirmare: confidere: ꝛ ponitur ab ab. ꝛ timos: quod est mens. q. a mēte sic habere: ꝛ unde dicit hic autuma huius me. estimatio: vnde. r O paula ꝛ eustochiū. de bis inuenies supra in plogo sup Josue versus finē: ad petitionē istoꝝ transtulit biero. istū libꝝ. s Admonitas vos volo eē supplē. s. t Unū libꝝ eē. xij. pphetarū. q̄ hebraice dr̄ tarasara: s quare est vnus liber: in plogo sup libros regū ponit rō: vt sc̄z apud hebreos tot essent libri quot sunt littere alphabeti: vel aliter ꝟm ysido. q̄ ait i. vj. etb. Libri. xij. pphetarū auctoꝝ suoꝝ noibus p̄notant: q̄ pterea dicūtur minores eo q̄ sermones eoꝝ breues sunt: vñ ꝛ proxi sibimetinuicē in vno volumine continent. s. pter brevitatem suā. Sed querit quare libri vete. test. rndent in numero literis alphabeti: ꝛ nō libri noui testamēti. Rndeo quia vetus testa. fuit initiale ꝛ quasi elemētale ad nouū ad qđ designandū cuilibet libro rndet vnū elementū hebraici alphabeti: sicut melius scribit in plogo sup regum v Synchronō. i. ptemporaneū: a syn qđ est con ꝛ chronō qđ ē tps: q̄ in eisdē tpib⁹ ꝛ sb eisdē regib⁹ pphauerūt sicut patet in titulis eoꝝdem. x Malachiā vo ꝛc. interlinearis. Esdrā fuisse autumāt q̄ velox scriba fuit: istos aūt tres. s. malachiam. aggeū: ꝛ zacharias pjungit: q̄ ipsi pphetauerūt de reedificatione hierlm. y Fuisse tpib⁹ interlinearis: post reditū de captiuitate. In fine ponit regula p quam sciri pōt q̄bus tpibus pphete singuli pphetauerūt: cū dicit. z In quibus aūt pphetis temp⁹ nō pfert in titulo. vos volo admonitas esse. a Sub illis eos regibus pphetasse: sub quibus ꝛ bi q̄ ante eos bñt titulos. i. reges in titulis nomiatos: Prophetauerūt.

Explicit qualiscūq̄ expositio istius plogi.

Incipit exposicio ꝓlogi in Osee prophetaz.

Temporibus ozie ꝛc. Iste ꝓlogus q̄ principaliter ꝓponit osee duas hz ꝑticulas ꝓcipales. In prima oñdit quomō tpe osee ꝓphetauit cū dicit. temporibus ozie ꝛc. In scda ponit cā motiua q̄ eū ad ꝓphetādū induxit. ibi. De memorato itaq; nūero ꝛc. vbi dupler tāgit inductiuū. Primū ē ms lox culpa ꝛ pena illis infligenda. Secundū ē bonox bonitas ꝛ ꝓmissio illis facta. ibi. vocui aūt iude. Tē in prima ꝑte scde ꝑt ꝓcipalis: primo tangit culpa ꝛ signū. iubet em ꝓpha accipere mulierē fornicariam ad designandū spūalē fornicatiōez ꝓpli isrl. Scdo ponitur signū pene. ibi. Hz cū dei precepto ꝛc. iubet. n. vcare filiū quē genuit iezrael: ad designādū q̄ eadē vindicta accipiet de pctō iehu q̄ accepta ē in iezrahel de sanguie Hachabb. tercio tangit rō siue cā pene infligende. ibi. Cui⁹ ꝓmissionis hec ē cā ꝛc. His visis īre insistam⁹. a ¶ Temporib⁹ ozie. q̄ idē ē qđ azarias. iiij. Regū. xv. ℟. ij. palypo. xxvj. appellat ozias ꝛ in ꝓbis siliter b ¶ Et ioathe. iiij. Reg. xxv. ꝛ. ij. palypo. xxvij.

in capite sunt ꝓnotati. Plerique ei dicūt q̄ ab esdra scriba i oīb ꝓphis sic fuerit intitulatū. vt ꝓscripto vniuscuiusq; noie ꝓphetia cui⁹ sit sequens noscat. Ipe ē aut̄ esdras: q̄ vltim⁹ ꝓphax malachie noīe scribit. Alij vo dicūt q̄ ab ipis ꝓphis ꝑ spiritū sanctū vt cetera sūt cōscripta.

¶ Incipit ꝓlogus in libꝝ osee ꝓphete.

a ¶ Temporib⁹ ozie b et ioathe c achaz: d ꝛ ezechie reguz iuda: e et hieroboam filij ioathe regis. f Osee filius beeri g ad ꝓphetiā dicēdā spūsancto repletꝰ ē. Be memorato itaq; numero regū: h achaz rex iuda ꝛ hieroboaz rex isrl dñm derelinquentes i vt historie regū k ꝛ palypomenon indicāt etiā isrl ydolatrie crimē imperio ac ptāte sua l admittē coegerūt. m Propt̄ qđ deus ad osee ℏ locutus est dicens Accipe tibi vxorē fornicant am siue fornicationū: n ꝛ fac filios fornicationū. Fornicariā itaq; o nō elocati p corporis mētricē: ℏ gētilē deū ignorātē appellat: q̄ dei creatoris sui amore ꝓtēpto: sy mula chrox se subiecit deriis. Hz cū dei ꝓcepto ꝓpheta in hac paruiffet ꝓceptū ex ea filiū iezrahel ꝓcepit noīare q deo pollicente: post breue tps r sanguinem iezrahel i domo iehu vindicare. Cui⁹ ꝓmissionis ℏ cā est: s iehu q̄ heliseū in regem inuncto t ad defendendū sāguinē naboth: cui⁹ iezrahel quoq; nūc tpis v metropolis erat: quē iezrahel achab regis isrl vxor x interemerat. sicut regū hystoria exponit Is cū gnāt iuxt diuinū ꝓceptū vindicādi sanguis cā in oēz y memorati domū z deseruiffz ℏ pacto a dñm dereliq̄sse inuenīt: b cui⁹ ꝓnepote hieroboā: c q̄ lectōne ꝓprehensus ē: originis sue facta mutante: ac cōtra dei precepta ad turpes vsus. Sm q̄ hīstorice accipīt planus est sensus ꝛ debet suppleri: tm̄: qz aliter ꝑ dñm dicīt in glo. vbi dicit biero. mirū vt sm supficiē hīstorie cur hoc dñs iusserit: vel cur ꝓpheta iussus accipere fornicariam parere rit: sed neq; dñs rem turpē ꝓcepit: neq; ꝓpheta obediendo ꝓcauit: ꝑ potius fornicariam ad pudicitiam reuocauit: et manēs in sua bonitate de mala bona fecit: qđ aūt in eo fit carnaliter in dño accipīt spūaliter qui accepit synagogam viri sui immemorē: ꝛ cum multis dīs gentiū fornicantem Ezech. xvj. ꝛ. xxiij. ꝑ totū: q̄z ꝑ dī in glo. q̄ fornicariā ad pudicitiā reuocauit. ꝓpter hoc supplē dū ē: tautū: qz sit fuit ꝛ gentilis: et fornicaria. i. nō fuit tm̄ fornicaria: q̄ locauit cōpus suū ℏ ꝛ gentilis. q ¶ Deo pollicente. i. promittente. supple ꝓmīando.

r ¶ Sanguinez iezrahel i domo iehu vindicare. i. simīlem vindictam accepturū de iehu qualē accepit de iezrahel i. sicut vltus fuit de interfectorib⁹ naboth q̄ fuit cuius iezrahel sic vlciscet de iehu. Sanguinē iezrahel. i. sanguinez fusuz in agro iezrahel vel ciuis iezrahel. iij. Reg. xxj.

s ¶ Iehu ꝑ heliseum in regez inuncto. iiij. Reg. ix. hoc videt falsum: quia ibi legit ꝑ heliseus misit vnū de filiis ꝓphetarum qui vnxit eū. Ñdeo. ipse dicitur iunxisse quia auctoritate eius vnctus est.

t ¶ Ad defendendum sanguinem. i. vindicandum simile: iudith primo iurauit nabuchodonosor. q̄ defenderet se de oīnibus his. v ¶ Metropolis. in regno samarie. i. ciuitas ad cui⁹ mēsurā alie ciuitates disponebant̄: a metros qđ ē mensura ꝛ polis qđ est ciuitas.

x ¶ Interemerat. i. interimi ꝓcepat. iij. Reg. xxj.

y ¶ Memorati. s. achab. z ¶ Deseruiffet. interficiendo. iiij. Regum. ix. a ¶ Dominum dereliquisse. iij. Regum. x. Ñ recessit a peccatis hieroboam ꝛc.

b ¶ Cuius ꝓnepote hieroboam. iste nō fuit filius nabath sed filius ioas ꝓnepos iehu: iehu em̄ genuit ioachaz: ioachaz genuit ioas: ioas aūt genuit hieroboam iij. Regum. xiij. c ¶ Qui lectione comprehensus ē id ē in scriptura cōprehensus est sed facta patrū suoꝝ sez. iij. Reg. xiij. Regnauit hieroboam filiꝰ ioas regis isrl in samaria. xl. ꝛ vno anno: et fecit qđ malū est cora dño: non recessit ab oībus peccatis hieroboaz filij nabath: vel melius.

c ¶ Qui lectione comprehensus. osee. s. in titulo cuz re

c ¶ Achaz. de q̄. iiij. Reg. xvj. ꝛ. ij. palypo. xxviij. d ¶ Et ezechie. de quo. iiij. Reg. xviij. et. ij. palypo. xxix. e ¶ Et hieroboā filij ioe. de quo habek. iiij. Reg. xiij. xiij. ꝛ. xv. Et nō q̄ iste hieroboā ñ ē ille hieroboā sb̄ q̄ diuisus ē isrl a iuda. de q̄ hī. iij. Reg. xij. qz ille fuit filius nabath: iste fuit filius ioas: nec descendit ab eo: sed a iehu tercia gnatione.

f ¶ Osee filius beeri. iste fuit de tribu isachar ortus in bethlemoth: vt dicit glo. g ¶ Ad ꝓphetiaz dicēdā de qua dicit biero. in glo. Patet osee añ captiuitatē ꝓphetasse sb̄ ozia ꝛ ioathan: ꝛ ipam imminentē sub achaz luxisse ꝛ ꝑteritam ꝓpter emendationem iude retexuisse sub ezechia rege: ꝓphetauit em̄ añ captiuitatē q̄. x. tribus captiuate sūt a salmanasar rege chaldeoꝝ: de qua. iiij. Reg. xviij.

h ¶ Achaz rex iuda. de quo hī q̄ deū dereliquerit. iiij. reg. xvj. ꝛ. ij. palypo. xxviij. i ¶ Et histo. reg. iij. regū. xiij. et xvj. k ¶ Et paralypo. ij. palypo. xx viij. de hieroboā nulla fit mentio in pal. in nra translatiōe: forte editō. lxx. ꝑ eo mentionē facit. vel sic. l ¶ Et hysto. reg. indicāt. de achaz ꝛ hieroboam. k ¶ Et palypo. de achaz.

l ¶ Admittere. i. peccare. m ¶ Propter qđ deus. ecce cā ꝓpt̄ quā ꝓphetauit. s. malicia regū ꝛ ꝓpli eoꝝ. n ¶ Et fac filios fornicationū. i. genera filios de fornicaria prius nō fornicando cū illa. Quidā male hūt fornicatiōis. lxx. etiam non habent fac: ℏ tolle. o ¶ Non elocati. i. extra locati. p ¶ Corpora meretricē. que locat corpus suū

gibus iuda. d Cū pplo isrl. nota q in libro isto noie isrl decē tribus signant: qz cū essent plures q alie noie pris vocate sunt: due alie trib⁹ noie iuda. In quibusdaz biblijs scribit b notula que sequit: Regule sē he sb qb⁹ significationib⁹ noim ad qs trib⁹ q ꝓphetas sermo vo
mini dirigat: qti
enscūqz ad .x. tri
bus tendit ꝓphe
tia: sb bis noib⁹
designant .i. eph
raiz samaria: isrl
ioseph. iezrabel
berbel: z bethaa
uen z interdum
Jacob. qñ autē
ad duas loqtur
trib⁹ sub bis noi
b⁹ sermo ꝓfert:
iuda. isrl. m. benia
min. vomus dō.
z interdū iacob
Aliqtiens autē
isrl ad totas .xij.
trib⁹ refert.
e On loco cer
te. vel certo vel
melius terre.

z religionē⁰ cū pplo isrl agē
te: sanguis naboth: ᶜq in lo
co certe iezrabel ᵏ fuēat ꝓfu
sus ī vomo iehu ˢ pris meno
rati: hieroboe ꝓ pctō ᵇ redū
datur⁹ significat. Dic factū
ē vt ira dei vel pplo isrl ꝑ de
nūciationez ꝓphe ꝓcessura
debēt: ˡ vmui aūt iude ᵏ mise
ricordia lectōe ꝓphensa ˡ ob
ᵇᵐ ꝓmissa ēⁿ qz ezechias rex
iuda filius achaz sublatis
ydol: q tā ° pr ei⁹: q ceteri re

ges ꝓsecuēr: ᵖ tēplū dei pur
gasse ᑫ z purificasse mōstrat
Explicit plogus. Jnci
pit argumentū in eundem.

Osee crebro nomīat
ephraiz samariā io
seph iezrahel: z vxo
rē fornicariā: z fornicatiōis
filios: z adulteraz cubiculo
clausaz mariti mlto tpe se
dere viduā z sub veste lugu
bri viri ad se reditū pstolā
ri. Explicit argumētū.

vno loco. Circa primū in .xij. ꝓphetis quatuor fuisse notā
tur. s. numer⁹ ꝓueniens: ibi. duodecim visus inspiciens.
Prophetaꝝ virt⁹ stabiliēs. Ossa z fruct⁹ pfiliens. Pullu
lant. Circa primū satis pz ex noie q numerus duodenari
us ex denario z binario ꝓponit. Per denariū vo. x. pce
pta decalogi: p bi
nariuz aūt dilectio
dei z primi designā
tur. Jsti ꝓphe. x. pce
pta decalogi ex dile
ctiōe dei z primi ꝑ
uauerūt: z alios ad
hāc obseruātiā effi
caciter induxerunt
vt pz ex ꝓcessu bu
ius libri: ꝓpter qđ
sub numero duode
nario ꝓuenient col
ligit: et ideo in .xij.
patriarchis figurā
tur: qz tāqꝫ patres
fideles populi ipm
ad obseruantiā de
calogi ex charitate
dei z primi verbis
z opibus inuitaue
rūt ideo de ipsis po

test dici illud Gen. xxxv. Erunt filij iacob duodecim. Per
iacob q supplantatoz interpretatur: ipse deus omnib⁹ psi
dens z sub pedibus suis tenēs intelligit: cui⁹ filij p ado
ptionis gram fuerunt isti .xij. phete: z sic pz ꝓmū. Circa
scdm ꝓsiderandū q sicut visus corpalis stat ad superficiez
visi corpis: z vltra nō ꝓgredit: sic intellect⁹ naturali co
gnitione stat ad illud qđ ex sensibilibus pōt cognosci nec
vltra pōt ꝓgredi. Sed intellect⁹ ꝓpheticus lumine diui
no confortatus ꝓgreditur vltra. s. ad cognoscendū futu
ra ptingentia: cordiū occulta z filia: sicut pleni⁹ fuit decla
ratū in principio libri psalmoz: z iō ꝓphe antiqtus appel
labant videtes: qz videbāt illa que alijs erāt occulta. ꝓm
q dicit .j. Reg. ix. Qui em ꝓpheta dicit hodie: vocabatur
olim videns. verūtn qz hoc fiebat virtute diuina: iō dr. j.
Petri. j. ca. Nō voluntate hūana allata est aliqn ꝓphetia;
sed spūsancto inspirati locuti sunt sancti dei hoies: z sic pz
scdm. Circa tertiū sciendū q accipiēdo generaliter eccle
siam. Una est vete. festa. ac noui: ꝓm q dicit Greg. home
lia. vij. Quis patrisfamilias rectius similitudinē tenet qꝫ cō
ditor noster: q eos qs ꝓdidit sic possidet sicut dns subdi
tos in vomo: q habet vineā vniuersalē. s. ecclesiā: que a pri
mo abel iusto vsqꝫ ad vltimū electū q in fine mundi nasci
turus est quot sanctos protulit quasi tot palmites misit: et
sicut est vna ecclesia sic est vnū ecclesie corpus. hui⁹ autez
corpis robur tpe veteris testamenti ꝓstitit in sanctis ꝓ-
phetis: ꝓpter quod merito dicunt: hui⁹ corpis ossa. Et iō
in psona hui⁹ corpis dicit mystice sanct⁹ iob: Ossib⁹ z ner
uis ꝓpegisti me. Quia corp⁹ ecclesie veteris testa. ꝓpactū
fuit z fortificatū p sanctos ꝓphetas: q ꝓ veritate fidei et
mor ꝓstant steterūt ꝓtra ydolatras: et plures eor p mar
tyriū transierūt: vt amos z esaias: z plures alij: z iō meri
to dicunt ossa ꝓpter actuz fortitudinis: z etiā nerui ꝓpt
ꝓtectionē charitatis: z sic pz terciū. Circa quartū ꝓsiderā
dū q .xij. ꝓphe nō solū in vita verbis z exemplis fecerūt
fructū optimū: sed etiā post mortem: z faciēt vsqꝫ ad finē
mundi p doctrinā eor in hoc libro ꝓtentā: ꝓpter qđ meri
to dicunt ꝓtinue pullulare: ꝓpter qđ de quolibet eor pōt
dici illud Eccl. l. c. Quasi oliua pullulās: z quasi cupressus
in altitudinē se extollēs. Per pullulatiōez oliue intelligit
fructificatio pinguedinis gratie in vita pñti: z p altitudi-
nem cypressi consecutio beatitudinis in futuro: z vtrun-
qꝫ consequunt fideles vitam eorum imitando z doctrinā
implendo: et patet quartum et per consequens tota pars
ꝑma principalis. Circa secūdū in quo notat libri vnitas
considerandum q isti duodecim ꝓphete vno spiritu fue-
runt inspirati: z ad vnuz finez similiter ordinati: z ad in-

f Fuerat ꝓfusus .iij. Reg. xxj. g Patris. i. pauis
sile Dan. v. nabucho. Pater tu⁹. i. auus tu⁹: more scri
pture que sepe auos z ꝓauos patres vocat: s. primo
ponit gencalogia. b Redundaturus significat. in
hoc vt dns iniuste egisse cū iehu: nō em peccauit in ef
fusione sanguinis naboth: immo meruit ꝓmdicando
eam: vnde. iij. Reg. x. Quia studiose egisti qđ rectum
erat z placebat in oculis meis: z oia que erant in cor
de meo fecisti contra achab: filij tui vsqꝫ ad quartā ge
nerationē sedebūt sup thronū israel. Respondeo hoc
ꝓ simile dictum est: quia sicut illi puniti sunt: quia Na
both interfecerūt: sic z isti qz dñm dereliquerunt: vnde
iij. Reg. x. Porro iehu nō custodiuit vt ambularet in
lege dei israel. i Domui aūt iude. Hic tangit ꝓmis
sio facta bonis. k Misericordia lectione compre
hensa. i. tota misericordia: ꝑm q legit. iij. Reg. xx. De
manu regis assyrioꝝ liberabo te. z. iij. reg. xix. in multis
locis. l Ob hoc. i. ꝓpter hoc. m Promissa est. i. fa
cta ꝓmissio liberationis. Quia ezechias &c. aliter ex
ponit. k Misericordia lectione comprehensa. scz
de q legit Osee. j. Domui iuda miserebor: z saluabo
eos in dño deo suo. hec saluatio legit. iij. Re. xix. Qñ
vna nocte ꝓcussa sunt in castris assyrioꝝ. clxxv. milia
l Ob hoc. s. m Promissa est. misericordia.
n Quia ezechias &c. sublatis ydolis. iij. Reg. xviij.
o Pater eius. achaz. p Templum dei purgasse.
ꝓ iectionē fordium z ex hoc purificatū: vnde subdit.
q Et purificasse. ij. Paralyp. xxix. Mundate vomū
dñi dei patrum nostrorum z auferte omnē immūdicia
m de omni sanctuario.

Explicit expositio istius ꝓlogi. Jncipipit postil
la Nicolai de lyra super oseam ꝓphetam.

Duodecim ꝓphetaruz ossa pullulant de
loco suo: Eccles. xlix. Sicut in libro psal
morꝫ psalmi a diuersis auctoribus cōpo
siti in vno libro ꝓplectunt: q dicit liber
psalmorum: vt ibidem fuit plenius de
claratum: sic prophetie duodecim pro
phetarum in hoc libro reponuntur qui dicit liber duo
decim ꝓphetarum: de quo pōt accipi verbum propo
situm: duodecim prophetarum ossa &c. Jn quo duo
notantur in generali. s. auctorum qualitas cum dicit.
Duodecim ꝓphetaruz ossa pullulant. et libri hui⁹ vni
tas: cum dicitur. de loco suo. qz b coartantur quasi in

uicem charitate uniti ꝓpter quod recenter sunt in eodez libro collocati ꝗrum ad eorū doctrinā: qđ notat in uita te loci cuz dr. De suo loco. de quo pōt exponi qđ dr Job xxviij. Auro locus ē in quo ꝓfat. in sacra scriptura ꝙ auruz intelligit sapia diuina que fuit in istis ꝓphetis. z sicut munera auri pluribus porcionib⁹ colligit z in una forma ce ad ꝓflandum ponit z sic in una massam redigit: sic sapientia diuina in istis pluribus ꝓphetis refulgens in hoc libro colligit ad instructionem fideliuz vt in pōti cognoscāt deū ꝙ fidez: z in futuro ꝙ aptam visionem ad quam nos ꝓducat q̄ cū patre z spiritusancto viuit et regnat in secula seculorum Amen.

Incipit liber Osee ꝓphete

Capitulum.j.

[a]Erbū dñi qđ factum est ad [b]osee filiū beeri [c]i diebz ozie: ioathā: achaz: ezechie regū iuda: et [d]in diebz [e]hieroboā filij ioas regis [f]israel. [g]Principiū loqndi dño i osee. Et dixit dñs ad osee. [h]Uade sume tibi [i]vroꝛē fornicationū: [k]z fac tibi filios fornicationū: [l]qz fornicās fornicabit tra [m]a dño. [n]Et abijt [o] z accepit gomer [p]filiaz debelaiz: z concepit z peperit ei filiū. Et dixit dñs [q] ad eū. Uocā nomen eius iezrahel. qz adhuc modicū et visitabo sanguinē iezrahel sup domū hieu. et quiescere faciā regnū domus israel. Et erit in die illa: et conteram arcum israel in ualle iezrahel. Et concepit adhuc et peperit filiā. Et dixit ei. Uocā nomen eius absq; misericordia. qz nō adijciā ultra ut miserear domui israel: sed auferens auferā eis. Et domui iuda miserebor: et saluabo eos in domino deo suo. nec saluabo eos in arcu et in gladio et in bello in equis et in equitibus. Et ablactauit absq; misericordia filiā. Et concepit et peperit filiū. Et dixit. Uocā nomen eius absq; populo meo. qz uos non populus meus. et ego non ero uester. Et erit numerus filioꝝ israel quasi arena maris que sine mensura est et nō numerabitur. Et erit in loco in quo dictum est eis. Uos non populus meus. dicetur eis. filij dei uiuentis. Et congregabuntur filij iuda et filij israel pariter. et ponent sibi caput unum. et ascendent de terra. qz magna erit dies iezrahel. Dicite fratribus uestris. populus meus. et sororibus uestris misericordiam consecutam.

[a] In prologo.xij. ꝓphetarū vbi dicit. Sicut in libro psalmoꝝ psalmi a diuersis auctoribus compositi ꝛc.

Additio.

Secundū sniam beati aug⁹t. oim psalmoꝝ in psalterio ꝓtentoꝝ actor fuit ipse dauid: licet q̄dā psalmi ab alijs intitulent: vt asaph z filijs chore: z huiusmodi: que quidē snia licet eīm ab aliq̄bus ꝓtradicatur: nihilominus ꝓbabilioꝛ videt z verioꝛ: ꝓut sufficienter fuit declaratū in additionib⁹ sup pō. j.

Replica.

In ꝓfatione.xij. ꝓphaꝝ postil. dicit. Sicut psalmi a plurib⁹ editi ꝓtinentur in uno libro psalmoꝝ. ita iste prophetie ponuntur in uno libro ꝓphetarū Cōtra quod Burgen. dicit oim psalmoꝝ dauid fuisse autorē ꝑm opinionē beati aug⁹. Quid aūt mihi videat ad cōcordādū opiniones sanctoꝝ doctoꝝ Aug. z Hiero. vide supra circa primū psalmū in correctorio.

Capitulum.j.

Erbū dñi. Liber iste in.xij. ptes diuidit: ꝑm.xij. ꝓphetas: z sunt ptes note. prima aūt ps in qua ꝓtinet ꝓphetia osee diuiditur in ꝓhemiū z tractatuz q̄ incipit ibi. Principiū loquendi. In ꝓhemio primo ostendit ꝓphete genus: cū dicit.

[b] Ad osee filiū beeri. z fuit iste beeri ꝓphet a sicut z filius licet eius ꝓphetia nō habeat: sicut nec de multis alijs q̄ tñ in scriptura ꝓphete nominant: habēt eīm ꝓphete ꝑ regula: q̄ q̄n in principio alicui⁹ ꝓphete patris nomen exprimitur: ꝓphetam fuisse intelligit. scdo ondit ꝓphetie tps: cū dicit. [c] In diebus ozie ioathan achaz z ezechie regū iuda. tpib⁹ eīm istoꝝ quatuoꝛ ꝓphetauit. [d] In diebus hieroboam filij ioas. iste eīm hieroboam fuit rex israel z nominat hic: qz regnauit cū ozia rege iuda. xxxiij. annis. [e] Principiū. Hic incipit tractat⁹ z diuidit in duas ptes: quia primo prophetat non soluz verbis ꝫ etiā sensibilibus factis: scdo simplicib⁹ verbis ca. iiij. Circa primā ptē in qua virtualiter ꝓtinent illa que ꝓstea sequunt ꝓsiderādū q̄ sicut dicit aplūs ad Ro. xj. Cecitas ex ꝑte ꝓtingit in israel vt plenitudo gentiū intraret: z sic ois israel saluꝰ fieret. qđ implebit circa finez mūdi q̄n iudei ꝓuertent ad xp̄m generaliter detecta falsitate anticristi: z ꝑm h ꝓphetia facit: primo ꝙ ueniāt futurā iudeoꝝ excecationē. scdo gentiū illuminationē: ibi. Et erit. tercio iudeoꝝ finalem ꝓuersionem: ca. iij. prima adhuc in duas: qz primo tangit iudeoꝝ captiuitas p̄cedens xp̄i aduentum scdo eoꝝ cecitas in eius aductu ibi. Et ꝓcepit. prima adhuc in duas: qz primo ponit captiuitatis rō: scdo ipa captiuitas. ibi. Et abijt z accepit gomer. Circa primū dicitur.

[e] Principium loquendi dño in osee. i. ad ipm osee: et dicunt expositores aliq̄ q̄ dicit hic principiū loquēdi ad denotandum q̄ dñs locutus est primus ad osee q̄m ad reliquos ꝓphas sequentes sed hoc nō bene videt verū: qz abdias est unus de sequentibus: z tñ ipe fuit bō ꝓfect⁹ a tpe achab regis israel: cuius fuit dispensatoꝛ ꝑm omnes doctoꝛes hebraicos z latinos. A fine vo vite achab vsq; ad principiū regni ozie sub quo osee cepit ꝓphetizare: ꝙ ut dicit in textu fluxerunt. cij. anni: vt potest de facili videri i qrto regū numerādo tpa regū inēmediatoꝛ: et iō nō est verisimile q̄ abdias iceperit post illū ꝓphetare. Ꝫ magis ante ꝓpt qđ dicat ra. sa. q̄ istud principium loquendi refert ad lr̄am sequentem cū dicatur.

[f] Uade sume tibi. ita q̄ istus fuit primū quod dñs locutus fuit ad osee. [g] Uroꝛem fornicationū. dicunt aliqui q̄ ista mulier quā duxit ꝓpheta in uroꝛem pa⁹ erat meretrix publica: z q̄uis vile esset eam accipere: ꝙ pheta tamen se humiliauit in hoc volens deo obedire sicut eisaias q̄uis esset de genere regio: iuit tñ nudus z discalciatus vt obediret deo: Esaie. xx. Dicit tñ hiero. in prologo q̄ hec mulier non fuit fornicaria fornicatione corꝑis: sed fornicatione mentis: quia erat ydolatra z gentilis: z hoc videt verius: quia per hoc signum magis respondebat signato. s. ydolatrie ꝓpli future: q̄ ꝙ hoc significabat: ꝑm q̄ postea subdit: qz fornicans fornicabit terra a dño.

[h] Et fac tibi filios fornicationū. In hebraeo habet sic Accipe tibi vroꝛem fornicationū z filios fornicationū scz accipe cum matre filios quos ante habuit: ita q̄ accepit matrem in vroꝛem: z filios eius adoptauit. Filij eīm quos genuit in ea post q̄ fuit eius vroꝛ nō poterant dici filij fornicationum fornicatione corꝑali q̄ legitimi erāt nec fornicatione ydolatrie q̄: ꝓpheta nō ꝓmisisset et ideo qđ dicit in translatione nra. Fac filios fornicationū. sic est exponendū: Filios fornicationum fac tuos ꝙ adoptionem.

[i] Quia fornicans forni. ēra. s. x. tribuū z duaꝝ.

[k] A domino ꝙ ydolatriam. que est spūalis fornicatio: z dicitur. Fornicans fornicabitur. reduplicādo ad denotandū multiplicationem ydolatrie: que facta fuit illo tpe in vtraq; ꝑte terre ꝓpter qđ regnū. x. tribuum primo fuit captinatū sub osee. iiij. Regū. xvij. z postea regnū duarum tribuuz sub sedechia. iij. Reg. vltimo Et sic patet q̄ in hac ꝑte ponit captiuitatis ratio. scz ydolatrie multiplicatio.

[l] Et abijt. Hic ꝙñr ponit decem tribuuz captiuatio que fuit prima: postea subdit de captiuatione duaruz tribuū que fuit secunda. Hec tñ ps prima diuidit: qa primo ponit captiuitas: scdo eius diuturnitas. ibi. Et concepit. circa primū dicit.

[l] Et abijt. ꝓmpte ad obediens.

[m] Et accepit gomer. nomē est mulieris quā accepit in vroꝛem. [n] Filiam debelaim vna dictio est debelaim ita q̄ de non est prepositio hic vt aliqui dicunt et est nomen ꝓpriū patris huius mulieris: vel loci vnde fuit nata. sicut frequenter in scriptura dicunt filie hierlin mulieres indenate.

[o] Et concepit. de ꝓphetia.

[p] Uoca nomen eius iezrabel. qz captiuationē regni x. tribuū ꝙ christum volebat significare: eo q̄ iezrabel erat ciuitas regia: quia ista tñ punitio incepit a zacharia abnepote iehu ideo subditur.

q Et visitabo.i.puniã seu vindicabo. r Sanguinez iezrabel.i.sanguinẽ innoxiũ effusuz in iezrabel.qđ exponũt aliqui de sanguine naboth ibi effuso. vt habetur.iij.Reg.xxj. sed huic dicto obuiat qđ subdit.
s Sup domũ iehu.qz dom⁹ eius nõ fuit punita ppẽ sãguinẽ naboth:
§ magis exaltata:eo q Jehu in vindictã sanguinis naboth dereliquit domũ achab ppter qđ ppter occisionẽ sacerdotuz baal dñs dixit ad euz.iij. Re.x. Quia studiose egisti qđ rectũ erat z placebat in oculis meis: et oia que erant in corde meo fecisti ptra domũ achab:filij tui vsqz ad qrtam generationẽ sedebunt sup thronũ isrl.§ qz iehu postea fecit malum corã dño vt ibidẽ habet:z filij eius p⁹ eũ: iõ istud malũ dr hic sanguis iezrabel:z qz isti vel eoz alicj innocentes occisi sunt z illud dr hic vindicari sup domuz iehu quod fuit impletum in zacharia ei⁹ abnepote:vt hr.iiij.Reg.xv.z extũc multã fuit afflictũ regnũ isrl'q; vsqz fuit captiuatũ p reges assyrioz.s.teglatphalassar z salmanasar:iõ sequitur. t Et qes.fa.re.dom.isrl.osee ei⁹ rege captiuato. v Et in il.die.i.in illo tpe. x Coterã arcũ isrl'.qz tunc debellati fuerũt ab assyrijs.
y Et dcepit. Hic dñr denũciat captiuitatẽ diuturnitas p nomẽ filie nate cũ dr. z Vocа nomẽ ei⁹ absq; misericordia.iõ subdit. a Quia nõ addã vltra misereri domui isrl.vltra differendo ei⁹ captiuitatẽ.
b Sed obliuione obliuiscar.dimittendo in captiuitate sicut dimittit res data oblitioni: vñ ꝑm bebreos illa captiuitas nõ est adhuc revocata. c Et domui iuda miserebor.eius captiuitatẽ differendo:qz ppẽ meritа ezechie q regnauit tpe osee pcipis iuda fuit saluat⁹ de manibus sennacherib miraculoserideo subditur.
d Et saluabo eos in dño deo suo.i.in virtute dñi qui misit angelũ z interfecit in castris assyrioz.clxxxv.milia bellatoz.iiij. Reg.xix.iõ subdit. e Et non saluabo eos in arcu ꝛc.et nõ solũ misertus fuit dñs regni iude captiuitatẽ differendo vsqz ad tps sedechie § etiaz inductam relaxando inspirando cyro regi pare licentiã pplo redeundi:vt habet Esdre.j. f Et ablactauit i.a lacte amouit:z p hoc designat q ois pcipis solatio eẽt regi israel subtrahenda. g Et dcepit. Postqz egit de captiuitate regni isrl'q; pcessit christi aduentũ: hic in aduentu christi describit cecitas iudeoz:z hoc p nomen filij nati cũ dr. h Vocа nomen ei⁹ nõ pplus meus. qz negauerũt ipm añ pylatũ dicentes. Nõ habem⁹ regẽ nisi cesarem.z tunc ppie facti sunt nõ pplis ei⁹: ꝑm q pdixerat Dañ.ix.ca. Post hebdomadas.lxij.occidetur xps:z nõ erit eius pplis q eũ negaturus est.z de illis dr hic.Quia vos non populus meus.
In ca.j.osee vbi dr in postilla. Et fuit iste beeri pphęta sicut et filius ꝛc.

Additio.

Et dictũ fuit in additiõe sup hieremiã.j. capło licet in dictis cuiusdam doctoris thalmudici reperiat:q qñ nomen patris alicuius ppbete exprimit in principio ppbetie filij: pater etiam intelligit fuisse ppheta.nõ tñ hoc dictũ reputat vt regula apud eos.§ tanqz dictũ qđ eadẽ facilitate ptemnit qua approbat cum nullũ fundamentum habeat in sacra scriptura:nec etiã in ratione:nã manifestũ est q de⁹ indifferẽter dat domũ ppbetie cui vult etiã si nõ sit filius ppbete. Item ad nram eruditionẽ nõ videt ptinere nosse: an beeri pater osee fuerit ppheta vel nõ cũ ppbetia beeri nõ inueniatur. Si em ppbetia beer inueniretur. oporteret nos cognoscere q esset propheta vt eius prophetiam recipemus:§ cum talis ppbetia nõ inuenitur curiosum vr magis qz vtile scire ipm fuisse ppham vel nõ. Idem dicẽdum de alijs patribus ppbetarũ qz noia in ppbetis filiorũ exprimunt q quidem nominatõ patrũ vt dicũt qdã hebreoz expositores fit eo q tpes patres erãt suis temporibus famosi: q ratione etiã noiantur in aliquibus pphetijs nõ solũ patres sed etiaz aui z

obliuiõe obliuiscar eorum.
c Et domui iuda miserebor:
d z saluabo eos i dño deo suo
e z nõ saluabo eos i arcu z gladio:z i bello z i eqs z i eqtibus. f Et ablactauit eã que erat absq; miscdia. g Et pce pit z pepit filiam. Et dixit ei. h Vocа nomẽ ei⁹ nõ pplis me⁹. i Quia vos nõ pplis meus:z ego nõ ero vester de⁹.

z paul:vt de zacharia z alijs.
In eodẽ ca.vbi dicit in postilla. In diebus hieroboaz filij ioas.

Additio.

Jquerat quare in ppbetia esaie q ppbetizauit tẽporibus quatuor regũ iude hic noiatoz non nominat hieroboam qui regnauit cum ozia rege iuda.xlij.annis vt dicit in postilla: et tamen nominat hic in pphemio osee. Quid ad hoc dicendum sit habet in additione prima sup primũ capitulum esaie.
In eodẽ ca.vbi dr in postil. Mulierem fornicariaz.

Additio.

Cõm trãslationẽ ionathe.s.chaldaicũ illud quod hic dicit. Sume tibi vxorẽ fornicariam. Et abijt z accepit gomer filiam debelaim z dcepit ꝛc.similiter z illud quod infra.iij.ca.dr. Adhuc vade z dilige mulierem tuam dilectã amico ꝛc.totũ intelligit in visione ppbetica factum nõ aũt in re:qđ licet dicat a cõi expositione doctorum nostroz z etiã hebreoz:videt tñ aliquã ptem veritatis habere. Primo ex hoc q accipe mulierem fornicariam mentis aut corpis.dato q postqz eam accepit ppheta neutro modo esset fornicaria:tñ adhuc haberet spem mali:qđ deus nõ pcipet facere pfertim ppbete:cuius vita cederet alijs in exemplum. Item istud factum nullo modo correspondet rei figurate. Illa.n.gomer erat fornicaria tantũmodo antequam eam accipet ppheta:sed post acceptionẽ erat vxor legitima z casta pjugali castitate ꝑm cõez expositionẽ:§ pstat q regnũ israel z etiam regnũ iude postqz deo fuerunt cõiuncta p legis acceptionẽ fornicata sunt a deo ꝑm aũt expositionem chaldaicam ppheta accepit illam fornicariam z fecit filios fornicationũ: qđ ppie correspondet rei figurate:§ qz ꝑm istam expositionẽ hoc solum fuit ꝑm visionem ppheticam z nõ realiter: iõ nullã rationem habet peccati vel mali exempli.similiter exponũt aliqui illud qđ habet Gen.xv. Sume tibi vaccaz triennem z arietẽ trium annoz ꝛc.quod totũ fuit factum in visione ppbetica:quod satis sufficiebat ad certificationẽ abrae de bis q ibidẽ ptinent:nã em modicum ante de ipso dixerat. Credidit abraam deo z reputatum est ei ad iusticiã: z sic videt q iã nõ oportebat ostendere sibi signa visibilia ad credendum:cuius simile potest dici in ppposito.

Replica.

Jrca primũ osee Burgen.mouet ptra postillatorem dicentem q patres ppbetarũ in exordijs nominati fuerint etiam prophete. ꝑm regulaz hebreorum de hoc vide correctoriũ circa primũ caplm Hiere. Etiam circa idẽ capitulum Burgen. vt ysmael manum mouet ptra omnes:nimirum q omnium contra euz moueantur. Dicit em illum passum. Accipe fornicariã ꝛc.nõ

tetere intelligi ſm rem: ꝙ ſm ꝓphetica visionē nō realiē qz hz ſpeciē mali quā deus nō ꝑciperet: vt ꝓpheta cederet alijs in malū exemplū: huiꝰ correctionez vide ꝶen. xx. in correct. penultimo. Sz q burgen. hic arguit q factū nullo modo corrūdet rei ſignate: nō valet: qz ſm materiam ſubiectaz vtiqz correſpondet: q̄uis ñ oporet figurā t figuratū ꝙ oia corrūdere vt ptz ꝙ totaz legē veterē: imo et burgen. j. xj. ca. cuz glo. dicit. Typꝰ ptē indicat q ſi totū p̄cedat in typo: iam nō eſt typꝰ ꝙ veritas. corrūdet autez ſm materiaz fornicarie vt terra fornicans ſit figurata: ꝙ nō oportet ſi fornicaria ſumpta i matrimoniū fuit emēdata q igitur iſrl figuratus debuit eē emendatus. Et dicunt filij legitimi: filij fornicationū a deuotiōe matris: qñ poſita fuit in erēplo figurali. Quia tūc deus etiā ſynagogā reciper in vxorē legitimā ſi auferret fornicatiōes ſuas a facie ei⁹ ꝛc. put ut etiā Burg. exponit.

Capi. ij.

Et erit. Hic incipit ſcdm capi. ſm hebreos in quo poſt excecationē iudeoꝝ ponit illuminatio gentium. Circa qđ ſcie:dū q ideo hic incipit nouū capitulū ad denotandū q incipit alia ſnia a p̄cedenti: t diuidit in duas ptes: qz primo deſcribit gentilitatis vocatio ſcdo vocate conſolatio ibi. Propter hoc. Prima in duas qz primo ponit dicta vocatio: ſcdo interponit regni iude captiuatio: ibi. Judicate. Sciendum etiā q gentiles cōuerſi ad fidem chriſti nomine iſraci nominant: ſicut fuit declaratum Eſaie. xliij. ſup illud. Iſte dicet dñe ego ſum: et ille inuocabit in nomine iacob: t hic ſcribet manu ſua domino t in nomine iſrl aſſimilabitur. ideo dicit hic.

a Et erit numerus filioꝝ iſrl quaſi harena maris. i. in multitudine maxima: ſicut videmus impletū in conuerſione gentium. b Et erit in loco. hanc auctoritatem allegat apls ad Roma. ix. dicta ad literā de conuerſione gentium: ꝙter quod exponentes hanc partem aliter vident ab eo diſcordare: ꝙter qđ ſicut dixi a principio intelligit de illuminatione gentiū. dicit igit. b Et erit in loco. id eſt in orbe vniuerſo vbi habitant gentiles. c Vbi dicetur eis: nō ppls meus vos. qz vſq ad aduētū chriſti fuerunt ydolatrie dediti. d Dicet eis filij dei viuētis. p ſuſceptionē fidei: ſm q dr Joh. j. Quotqt aūt receperūt eū dedit eis ptātē filios dei fieri bis q̄ credunt in nomie ei⁹ Et qz conuerſi ſunt p p̄dicationē apl'oꝝ t alioꝝ diſcipuloꝝ q fuerunt iudei: ita q ex iudeis t gentilibus facta eſt vna eccl'ia: ideo ſubdit. f Et congregabūt filij iuda. i. apli alij diſcipuli natione iudei: g Et filij iſrl. i. gentiles conuerſi q ſic nominant vt p̄dictū eſt.

b Caput. i. i vna eccleſia. i Et ponēt ſibimet. i. vnanimiter ꝓfitebūt. k Caput vnū. ſ. xp̄m. l Et aſcēdent de terra. i. multiplicabunt fideles p orbē ſicut illa q̄ pullulāt de terra. vñ t de magna multitudine ppli ꝓueniente adinuicē dicit vulgariter. Videbat ppls de terra pullulare. m Quia magnus dies iezrabel. i. magna congregatio ſeu multiplicatio fideliū: eo q iezrabel interpretat ſemen dei: t hoc mō exponit ra. ſa. licet vertat ad aliū intellectū: nō em̄ pōt ꝓueniēter exponi pars iſta de pplo redeunte de babylone vt volūt aliq dicere: qz ille ppls redijt in bier'm: eſdre. j. et nō in iezrabel. qz ſamariā et alias ciuitates ꝓpinquas. x. tribuū de q̄b⁹ erat iezrabel tenebant gentiles ibi adducti de aſſyrijs: vt br. iij. Reg. xvij. et primo eſdrē. iiij. et qz ſicut dictū ē q fidēles de natiōe iude oꝝ facta eſt prima conuerſio gentilium: iō alloq̄tur eos dñs dicens. n Dicite vos apli t alij fideles de iudeis. o Fratribus veſtris. i. conciuibus de gentilibus qui facti ſunt fratres veſtri p ſuſceptionem fidei.

p Populꝰ meus. i. q ſunt ppls meus ſicut t vos ſicut dicit apls ad Roma. ix. capi. Nō eſt diſtinctio iudei t greci: nam idē dñs oim ꝛc. q Et ſorori veſtre. ſcz gentilitati conuerſe. r Miſeri cordiam p̄ſecuta. cū em̄ eſſet ab antiquo ydolatrie dedita p miſericordiam dei meram t nō p merita patrū: vocata eſt ad fidez ſicut iuda p merita abrae t alio

diā p̄ſecuta. s Judicate matrē vestrā iudicate: t qm̄ ipa nō vxor mea: r ego nō vir ei⁹ u Auferat fornicationes ſuas x a facie ſua: y et adulteria ſua de medio vbeꝝ ſuoꝝ ne forte expoliē eā nudā: z et ſtatuā eā ſm dies natiuitatis ſue: a et ponā eā q̄ ſolitudiez b et ſtatuā eā velut terrā inuiā: c et interficiā eā ſiti: d et filioꝝ illi⁹ nō miſebor⁸ q̄m filij fornicationū ſunt: qz fornicata eſt mr eoꝝ. e Et erit. Ca. ij. Et erit numer⁹ filioꝝ iſrl quaſi harena maris: q̄ ſine mēſura ē: et nō numerabitur. b Et erit in loco: c vbi dicet eis nō ppls me⁹ vos: d dicet eis: filij dei viuētis. f Et cōgregabūt filij iuda g et filij iſrl d pariter: h et ponēt ſibimet k caput vnū: l et aſcēdēt ō terra: m qz magn⁹ dies iezrabel n Dicite fribꝰ vr̄is ppls me⁹ q et ſorori veſtre r miſericor-

rum ſanctoꝝ antiquorum. s Judicate. Hic denūciat captiuitas duarum tribuū que ſupra fuerat omiſſa: eo q captiuationi. x. tribuū que ſunt iſrael ſm carnē iungebat vocatio ſeu illuminatio gentiuz q̄ ſunt in iſrl ſm ſpūm t diuidit in duas ptes: qz primo denunciatur captiuitas rōne culpe: ſcdo rōne ignorantie. ibi. Et nec ſciuit. Circa primū alloq̄tur tuſtos qui erāt in regno iuda: vt bieremiam baruch t alios dicens.

s Judicate matrē veſtram. i. bieruſalē que erat metropolis in regno. t ſic mater aliarū ciuitatū t totiꝰ populi: ſicut. ij. regū dicit de abela. Cur queris ſubuertere matrem ciuitatum in iſrael.

t Judicate. i. ex malicia eius perpendite.

v Quoniā ipſa nō vxor mea. t hoc ꝓpter ydolatriā p quā a me receſſit: et maxime tpe manaſſe q̄ ydola poſuit in templo dñi. r Et ego nō vir ei⁹. qz vir t vxor correlatiue dicunt: et ideo remoto vno remouetur reliquū. y Auferat fornicationes ſuas. i. ydolatrias. z A facie ſua. ita q ad eas amplius nō attendat ſed magis retro dorſum p̄ſpiciat.

a Et adulteria ſua ꝛc. loq̄tur de bieruſalem p modum meretricis que inter vbera ſua ponit fragrātia aliqua vt magis placeat adultero: ſic habitatores bieruſalez offerebant ydolis fragrans thymiama.

b Ne forte expoliem eā nudā p chaldeos: qui quicquid poſtea ſpoliauerunt omnibus bonis: hic dicit forte: non propter aliquod dubium exiſtens in deo reſpectu futuroꝝ que ſunt ſibi certiſſima: ſed ad denotandū libertatē arbitrij: p quam ſi p̄fecte penitēret deus parceret de pena. c Et ſtatuam eā ſm diem natiuitatis ſue. i. in magna confuſione t vilitate: ſm q dr Ezech. xvj. In die ortus tui non eſt p̄ciſus vmbilicus tuus t in aqua non es lota. t ſeq̄tur. Proiecta es ſuper faciem terre in abiectione.

c Et ponam eā quaſi ſolitudinē. deſtructis muris et cōbuſtis edificijs. d Et ſtatuā eā velut terrā inuiam. propter multiplicationē ſerpentū t aliarū ferarū ex longa vaſtatione terre:

e Et interficiā eā ſiti. deficiente potu in obſidione.

f Et filioꝝ eius nō miſerebor. ꝙ partim occident t partim captiuabunt: t oia iſta paſſa eſt bieruſalez poſtea p chaldeos. g Quoniam filij fornicationum ſunt. id eſt multe ydolatrie: ſicut viri ſanguinum dicuntur multi ſanguinis effuſores: genitiuus em̄ pluralis habz virtutem huius duplicis ſingularis. h Vadā poſt amatores meos ꝛc. poſt ydola quibus victū t veſtitus

z alia necessaria attribuebant. i Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis z sepiaz eam maceria. k Et semitas suas non inueniet. i. vias p quas posset effugere. l Et sequetur amatores suos. i. desiderabit aduenientem egyptios q̃ primi serant ei auxiliuz m Et non apprehendet eos. qz non fuerunt eis in auxilio sed magis in nocumentu.

o Et dicet: vadam z reuertar. qz ciuitas ierlin videtur se in arto posita z in puncto captionis z destructionis: percepit q̃ male fecerat colendo ydola: z querendo humanu auxilium ex dei diffidentia: sed hoc fuit nimis tarde. p Et hec nesciuit. hic pñr renunciat dicta captiuitas culpabilis rone ignorantie: q̃ causat in alia ex peccatoz multiplicatione: sm q̃ dicitur sap. xi. capi. Excecauit illos malicia eorum. et sm hoc dicit hic p Et hec nesciuit: qz ego dedi ei frumentu z. i. cibu z potu z in dumentu: q̃ diuitie sunt naturales. q Et argentu multiplicaui z. i. diuitias artificiales: magna enim cecitas fuit attribuere talia ydolis surdis z mutis. r Que fece. baal. ei sacrificia offerendo z psciosis eis ornando. s Idcirco psuertar z sumam frumentu z. i. auferam ab ea bona ad victu z vestitu pertinentia. t Et liberabo lanam meam. de seruitute. qz seruit ydolatrie eoz ignominiam opiendo. v Et nunc reuelabo stulticiam eius. i. coram ydolis q̃b9 fruebat z scientib9 egyptijs q̃b9 federata erat. x Et vir non eruet eam egyptij enim non poterant eam iuuare sicut promiserat. y Et cessare faciam omne gaudiu eius. ciuitate z plin destruendo. z Solennitate eius. i. solemnitates. ponendo singulare p plurali: sicut Exo. viij. Venit musca grauissima. z q̃ sunt ille solennitates explicat magis dicens. a Neomeniam eius. que fiebat in principio cuiuslibet mensis. b Et sabbatu eius. i fine cuiuslibet hebdomade. c Et oia festa tpa eius. i. festa tpalia que fiebant semel in anno. s. pasche z pentecostes z similium. d Et corrumpam vineam eius z. i. vineas z alias arbores fructiferas quas psciderunt chaldei in terris circa hierlim exñtibus.

e De q̃bus dixit. Mercedes hec z. qz non soluz bona mobilia attribuebat beneficio ydoloz: sed etiam bona immobilia. f Et ponam eam in saltum. hierusalem enim destructa longo tpe fuit sine habitatoribus: z sic creuerat ibi spine et frutecta. g Et comedet eam. i. bona eius. h Bestia agri. i. nabucho. q̃ versus in amentiam eiectus fuit ab hoibus z cum feris fuit habitatis eius: vt habetur Dan. iiij. i Et visitabo sup eam dies baalim. id est in quibus seruiuit baalim debite puniendo.

k Et ornabat inaure sua z. ad reuerentiam. n. ydoloz ornabant sebitatores hierlim: sicut catholici in festis sanctorum. l Propter hoc. pter istam exponit ra. sa. de captiuitate babylonica z eius relaratõe vsq̃ ad finem capli z alii qui expositores catholici eam sequunt in pte exponentes de reductione captiuitatis babylonice. sed hoc obuiat lra in pluribus locis z potissime in fine capli qz ab aplo ad romanos. ix. allegat dcam lram de quersione gentiliu ad fidem vt videbit: z sm hoc in pte ponit gentilitatis vocate diuina psolatio vt sup. dictu est in diuisione: propter hoc istud non copulatur immediate ad lram precedentem sed ad illud qd supra positu est dicite fratribus vestris plis meus: z sorori vestre. i. gentilitati conuerse. Miseri cordia pscuta z. l Propter hoc ecce ego lactabo eam. cõsolationib9 spus sancti vñ Act. x. capitulo legit: q̃ predicante petro cecidit spus sanct9 sup cornelium z alios gentiles q̃ erant cum eo z loquebant linguis

m Et ducam eam in solitudinem. qz a tpe aplorum multi quersi ad fidem transferebant se ad loca solitaria vt melius vacarent pcemplationi z reficerent psolatione diuina: ideo subdit.

